

Doctoribus abuti, monasterium loco filij haberi, non est ita verum generaliter, & indistinctè, sed solum in casu in quo iura disponunt pro filijs haberi, in substitutione nempe regulata ab illa conditione si sine liberis, & non in alio casu.

278 Et licet materia legum cum Auus, cum acutissimi, & si vnquam, sit ita diffusè per varios huius nostri temporis scriptores agitata, & plus quam deceret moram in eis fecerimus, non possumus silentio præterire, neque intactum prætermittere illud, quod in superioribus (hac glofa sub. numer. 253. & numer. 254. cum comuni doctorum cursu) tradidimus; nimirum coniecturam pietatis l. cum Auus. 102. de condi. & demenstr. in eo consistere, ne præsumatur testatorem alienas successiones proprijs antepone, & præferre voluisse; sic ¶ Papinianum auctorem d. l. cum Auus interpretatus est Iustinianus in l. cū acutissimi. 30. C. de fideicō. vel saltem hanc rationē, rationibus iam per Papinianum, in dict. leg. cum auus traditis addidit & acnectit Iustinianus, & exinde in omnium ore reperitur similis ratio, ad dictam leg. cum auus quam commenticiam fore, & ineptam, non diffusè, nec obscure aparebit. Nam ¶ si attendamus, ad hipotesim dict. leg. cum auus comperiemur, quod auus nepotem suum instituit sibi hæredem vel cohæredem (quod nil facit) huic nepoti suo instituto dedit substitutum filium eiusdem testatoris, & patrum nepotis instituti, ad quem substitutum voluit auus testator bona deuenire sua post mortem nepotis: datis igitur his terminis, vnde colligitur velle testatorem alienas soboles proprijs antepone: Non ne ¶ magis propria soboles fuit filius substitutus, quam nepos institutus? & quam nepos substitutus? imo, è contrario dicere verius erit, minus proprias instituendo, magis proprijs prætulisse videri patet, nam filius est in pri-

mo gradu §. primo gradu. instituit. de gradib. nepos institutus est in secundo gradu. §. secundo gradu instituit. cod. pronepos vero (quem voluit lex subintelligi vel testator legis virtute) est in tertio gradu §. tertio gradu instituit. eodem quomodo igitur ita firmat Iustinianus: quod si pro nepos non subintraset in conditione, alienas successiones proprijs anteponeant? Hoc autem aliquantulum ¶ veritatis & subsistentie haberet, 282 quando nepos filius, vel alius descendens grauaretur extraneo restituere, tunc, ne aliena soboles propriè præposita extitisset, iuste Iustinianus alloqueretur, vel ratiocinaretur, At uero intra metas dict. leg. cum auus, non potest illa suprascripta Iustiniana ratio adaptari, & vix repensam me abstinere possum, quin dicam, ineptam fuisse rationem; Nec ob id remanebit dispositio legis auus sine ratione, & non in eleganti, sed concludentissima ab ipso Papiniano solo orta, & fundata in coniectura pietatis, hæc autem coniectura pietatis. Seu ipsa ¶ pietas, prouenit in 283 mediata ab ipso hærede grauato, & mediata & inquam consequentiam ab ipso testatore; Ab hærede grauato dicimus prouenire pietatem, ratiocinando, ab illo officio pietatis, post naturæ commune votum, quibus bona parentum filijs debentur, expende ad hoc textum in leg. nam & si parentibus 15. ff. de inofficio. testat. in illis verbis *quam liberis pie relinquere debet* ad idem perpendes textum. in leg. secunda ff. de inoffic. in illis verbis *sed non ex officio pietatis* quibus verbis recte perpensis, nil aliud resultabit quam firmare. Patres ¶ relinquendo bona filijs, pietatis officium exercere, pie se in hoc haberi, & inter pios reputari; è contrario extraneis relinquendo, impiè agere, impios fore, & impium officium exercere, ob id quæ factum est, horum testamenta tanquam ¶ ab infanis. 285 demen-

dementibus, & pœne furiosis ordinata querellari, vt his atentis decidit l. 2. ff. de inoffi. testamen. quod latè prosequitur Spin. in specu. testa. glof. 20. princi. n. 78. & 79. Ab ipso vero testatore dicimus mediate impietate prouenire, quando voluit bona sua potius ad substitutum, quam ad filios grauati deuenire; hac ratione. ¶ Sicuti enim (ex supradictis) impium patrem dicimus, qui bona sua ad alios potius, quàm ad filios proprios venire voluit, ita etiã impietati quodammodo iuuare, & fauere, videatur is qui in suo testamento ordinat, bona sua ad alios potius, quàm ad filios grauati proprios venire, & deuenire. ¶ Vulgatum enim est axioma, quod qui causam damni dad, damnum dedisse videatur ad regulam damnum 86. de reg. iur. in 6. Surd. de Alimen. tit. 5. quæst. 1. nu. 58. Causa enim causæ dicitur causa causati ad doctrinam Bartol. in l. 4. §. actor. nu. 2. de re iudica. Iaf. l. quamuis n. 17. ff. de flumini. Octauia. decis. Pedemon. 167. n. 28. vnde fit quod coniectura pietatis super qua fundatur tota illa Papiniana dispositio l. cum auus, consideranda sit, tam in persona grauati, quam testatoris. Omnes ¶ pietas arctat & compellit ad sic disponendum, ex quo fit, non esse credendum testatorem voluisse excludere filios grauati, nec impiū patrem & hæredem fieri, & impietati fauere & iuuare, de quo si fuisset interrogatus, talem non causaret impietatem, & tunc ne hoc sequatur, intrat illa alia Papiniani. instansia in d. l. cum Auus tradita, quod præsumatur plus dictum ab ipso testatore, & a notario minus scriptum, & cum hæc verba referri de necessitate debeant ad testatorem, qui dictauit testamentum, & notarius dictamen scripsit, sequitur necessario cōiecturam pietatis ad eundem referendam fore, modo & forma supradictis. ¶ Et consequenter puto firmandū, quod siue grauamen de restituendo adijciatur extraneo, siue filio testatoris, vel descendenti cuilibet alio, sem-

per militet dispositio. l. cū auus, & subintelligenda illa *si sine liberis*, à ratione pietatis supradicta, quæ concurrat tam in descendenti, quàm in extraneo, & tunc succedit regula, quod quoties dispositio est particularis. Et ¶ ratio generalis semper dispositio generaliter sit intelligenda, cum ratio semper finalis, dictum & dispositionē informet latè Bart. l. pater. §. fundum de lega. 3. Peregrin. de fideicommiss. art. 14. num. 22. Mantica. de coniect. lib. 6. tit. 14. nu. 10. & 13. text. vbi Doctores omnes in l. cum pater 78. §. dulcissimis de lega. 2. & quamuis non ignorem plures ex interpretibus contrariam sententiã, firmasse, nempe dispositionem dict. l. cum auus, non procedere in extraneo hærede instituto, vt per Bald. leg. cum acutissimi C. de fideicommiss. nume. 5. alios citat Crafs. §. fideicommissum quæst. 22. Gom. variar. cap. 5. tom. 1. num. 35. post Mantica. de cōiect. lib. 10. tit. 8. num. 23. tamen cum cōtra eorum traditiones sumopere vrgere videatur supra scripta cōsideratio, vt colligitur ex Mantica. vbi supra in fine, nõ puto ab hac discedere; & hæc satis sufficiet pro tractatu huius tam scriptæ materiæ legum cum auus cum acutissimi, & si vnquam.

Sed vnum silere vereor, quod examinare nobis contingit his diebus retrolapsis, quid scilicet erit dicendū, in casu quo testator hæredē instituisset clericū in sacris cōstitutū, quæ talem fuisse non ignorasset, illumque oneri restitutionis subiecisset simpliciter post mortem illius, nunquid in tali grauamine subintelligatur conditio illa à lege subintellecta, *si sine liberis*. Hæc dubitatio dependet ex alia, num filij naturales comprehendantur sub hac tacita conditione à lege subintellecta, nam si comprehenduntur, certum erit quod cum clericus tales naturales possit habere, subintrabit conditio illa si sine liberis. ¶ Sed tamen licet Doctores ancipites appareant, veritatis magis habet opi-

nio qua firmat, conditionem tacitam si sine liberis, non verificari in natura libus, licet in expressa considerandum relinquatur l. ex facto. 17. §. si quis rogatus. r. ad Trebel hanc sententia fuit originalis glo. verbo soboles. leg. generaliter. §. cum autem C. de instit. Bal. in d. §. si quis rogatus. n. 1. Deci. l. praecibus n. 17. C. de impuber. & in d. §. cum autem. n. 21. Tirq. l. si vnquam verbo. suscepit. liberos. n. 56. Corraf. lib. 1. Micellan. c. 19. Acost. c. si pater verbo si absque liberis. n. 40. de testā. in. 6. & in §. & quid sitantum n. 72. Māti. de coniectu. lib. 10. tit. 8. n. 17. Menoch. praef. 78. lib. 4. ex quorum relato rum dictis aparebit, sub tacita conditione si sine liberis, non intrare naturales tantum; & licet contradictores aliquos hanc opinio habeat, tamen ne alias multiplicarentur specialia, ut scilicet sub intelligeretur conditio, & sub ea naturalibus comprehenduntur sub nomine filiorum, nulla fides contradictoribus tribuitur. Cū igitur clericus legitimos habere nequeat, & solum hij sub tacita conditione comprehenduntur, manifeste fiet decisio supraposite questionis, ut clericus grauat post mortem restituere, non subiacet regulę l. cum Auus. de condit. & demonstra. Maior tamen difficultas consistit, in expressa conditione *si sine liberis* clerico in sacris scienter adiuncta, ut aliquando in hac florentissima Ciuitate Illustrius Cardinalis Manticam. in trac. de coniectu. lib. 11. tit. 9. n. 27. vsq; ad n. 32. presentem questionem proposuisse, & in illius examine mox vnā, mox aliam referendo ex interpretibus sententiam, nil decisum relinquisse, & illius vestigia secutus Peregri. tracta. varij. lib. 6. n. 21. cum seqq. nullam Electionem ex opinionibus reliquit; sed tamen cum in iure nil concludentius in ratiocinando
294 sit, Quam tamen quod colligitur per argumentum a sufficienti partium enume-

ratione, ut in l. patre furioso. 13. de his qui sunt sui vel alieni. iur. & in proposita specie quando fideicommissum iniungitur clerico scienter in sacris, regulatum ab illa conditione *si sine liberis*, non potest condicio verificari in nullo casu ex his qua sub nomine filiorum comprehenduntur, & continentur, igitur pro non scripta haberi debet.

Minorem sic probō, nam hanc condicio *si sine liberis* si esset ad implenda intelligeretur, vel de legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio procreatis, vel de naturalibus, tantum, vel de legitimis per scriptum, vel de adoptiuis, vel de Ecclesia & monasterio (sub intrante in locum filij) Arqui in nullo casu relatorum potest ad impleri, igitur pro non scripta haberi debet. In primis tamen Certum est, quod non potest intelligi de legitimis & naturalibus, cum in clericis in sacris, prohibita sit causa suscipiendi liberos tales, cum per solum matrimonium illos habere possunt, hoc enim non indiget probatione, satis enim notum est, clericatum impedire matrimonium & contractum dirimere, constat ex constitutione Ecclesie. cap. 2. de cler. coniuga. clem. vni. de consan. gui. can. si quis eorum c. erubescant 32. distinc. Triden. sinodus can. 9. sessio. 24. latissime & ingeniose hoc declaratur per Thom. Zanches de matri. lib. 7. disputa. 47. & 48. tamen non etiam intelligi potest de Spurijs vel naturalibus, sicut voluit Baldus con. 373. numer. 3. volu. 1. asserens non esse hanc interpretationem coniecturalem, sed necessariam, cum dispositio filiorum regulanda sit a potestate illius, cui conditio adiungitur, & intelligenda de illis, qui in illius persona cadere possunt iuxta text. in l. heredibus 77. §. Titius ff. ad Trebel. iuxta ea. qua notauit ad illud tex. Acost. in c. si pater verbo. si absq; liberis n. 39. nā cū ignominiosum sit clericis, tales filios habere. Et tamen que igitur
295
296
297
298
nominiam

nominiam sapiunt a testamentis delentur ad l. penul. C. quemad. testa. aper. l. quoties. 9. §. si quis nomen de hered. insti. l. Turpia. 57. de legat. 1. notant omnes in l. 3. de liber. & postum. vbi Sarmie. n. 4. & 5. Eman. Acost. lib. 1. se lecta c. 3. ex quo enim sacerdos inuitatur ad malum, & allicitur (mediante fideicommissio) ad fornicandum, nullo iure ad seruandam conditionem compellitur, etiam si talis conditio concepta fuerit, nedum affirmatiue, cū liberos habuerit (quam tunc demum putat Salicetus in d. §. cum autem turpitudine continere) sed etiam si negatiue, *si sine liberis decederet*, cum a contrario sensu resultet idem effectus, qui resultaret ex conditione cum liberos habuerit; igitur nec in naturalibus verificatur. Nec tamen potest intelligi conditio de adoptiuis ut voluit Cumanus in d. l. si quis posthumos in prin. & Pau. Castr. nu. 3. de lib. & posthum. & ferē omnes Doctores, nam cum adoptio imitetur naturam ad l. si pater. 15. §. fina. cum leg. seqq. ff. de adopt. & naturaliter Clericus ut Clericus, non possit filios habere, etiam si ex accidenti, cum etiam in d. §. final. ex accidenti libertum alienum non potuit adoptari, & tamen adoptio imitatur naturam, & non solum naturam ipsam communem, sed naturam status personae qui adoptat, igitur non potuit adoptare Clericus. Et tamen casu quo possent, cum adoptiui a lege excludantur ut possint facere, deficere fideicommissum ut in l. fideicommissum 75. de condit. & demonstra. l. si ita quis 53. §. final. de lega. 2. §. adoptiuis in authentico quib. mod. natu. officia. sui late Rippa. post Alexand. l. ex facto §. si quis rogatus ad Trebel. Tiraq. ad l. si vnquam verbo. suscepit liberos Palat. Rubio. in rub. de donat. inter vir. §. 71. numer. 2. & 4. Couar. in capit. Raynaldus §. 1. numer. 2. & resolutio. libr. 7. capit. 19. ideo non potest conditio in adoptiuis verificari. Nec similiter in Ecclesia & in monasterio licet loco

filij habeantur ad §. sed hoc presenti in authentico de sanctis. Episcop. ut voluit Bart. in leg. heredibus. §. Titius num. 4 ad Trebel. idem. Panorm. in cap. in presentia nu. 15. de proba. & Anton. Gabr. con. 126. nam si in Ecclesia intelligeretur tamen conditio non retineret propriam conditionis naturam, qua se debet habere ad esse, & non esse, ad materiam text. in l. cum ad praesens. 37. ff. de reb. credit. notabat. Anton. Pichard. in §. conditiones instit. de verbo. obligat. & debet intelligi sic, ut possit impleri ad leg. ex facto. §. final. ad Trebel. vnde cum Ecclesia nunquam moriatur, ad c. si gratiose. 5. de rescrip. in 6. nec semel consecratus Ecclesie, non potest amplius exire c. cum ex eo de Electio in 6. cum igitur non possit descendere sine Ecclesia, hinc factum est, ut propriam conditionis naturam non retineat, & consequenter nec intelligi possit de Ecclesia. tamen Nec de filijs suscepturis post dispensationem Pontificis, super voto coniugali emisso ad contrahendum matrimonium, quamuis Pontifex super tali voto dispensare possit, ut per Pan. in capit. 1. de voto late Gutier. in canoni. libr. 7. capit. 17. numer. 5. cum seqq. sed quia similes dispensationes non solent concedi, nisi raro & cum maxima causa, & inter Principes & Magnates, iuxta tradita per Gutier. vbi supra post Nauar. de redditib. Ecclesia. quaestio. 3. monito. 11. nume. 2. ideo tamen talis dispensatio. inter impossibilia consummerari solet, iuxta doctrinam Bartol. communiter receptam in leg. apud Iulianum §. constat de legat. 1. late Gutier. in canonici. libr. 2. quaest. 15. nu. 189. & verba testamenti ad insolitos casus nunquam referuntur, ad leg. nulla 14. post prin. in vers. sed si alimenta de aliment. & ciba. legat. & facit. lex. nam ad ea 17. de legibus. tamen Nec similiter de legitimis intelligi potest, cum ea que dependent ex principu voluntatibus, impossibilia reputentur
301
302
303
304

tur l. apud Iulianum alias idem Iulianus. 4. l. de legat. 1. Molina. alios referens lib. 2. de primogen. c. 13. Redoan. de rebus Eccles. q. 3. n. 39. impossibilia vero, pro non adiectis teneri constat; si igitur in nullo prædictorum, conditio si sine liberis potest verificari, sequitur necessario, conditionem pro non adiectam haberi, & consequenter remanere fideicommissum purum: & quamvis remaneat conditio mortis, cuius dies cum incertus sit, & faciat conditionem ad l. dies incertus. 74. l. 1. l. hæres meus. 78. in fin. principij de cõditio. & demonstra. tamen quo ad conditionem si sine liberis purum remanebit, reiecta conditione si sine liberis in clericis; Et tunc nunquid etiam reiiciatur in persona Clerici, quando vna cum alijs (in quibus cadere potest dicta conditio, si sine liberis, & in eorum personis legitime verificari) reperitur institutus, concludit affirmatiue. Mantica dicto lib. 1. tit. 9. n. 34. Tefau. Decis. 163. & Peregrin. con. 54. n. 9. lib. 1. v. bi tantum conditionem referendam esse censuerunt ad alios, non ad Clericum, idem tenet Peregrin. tracta. varij lib. 6. n. 25.

306 Tandem vt huic dilatate glose vltima manus imponatur obseruandum, erit, conditiones hæreditatibus impuberum iniunctas, obseruandas adeo fore per illorum successores, iuxta præscriptum modum nostræ cõstitutionis; vt nedum si cõditiones fuerit suspensue, ad illarum obseruantiam & adimplementum erunt compellendi (vt vidimus in exemplis vsquequaque propositis & in alijs consulto prætermittis) sed etiam si conditiones fuerint resolutiue, quarum quidem conditionum discrimen in eo consistit. Quod tunc conditiones suspensue, sunt talis nature, quod relictum & dispositum sub eis, nõ potest effectum sortiri, nisi ad impleatur cõditio, siue casualis fuerit, hæc siue potestatiua, siue mixta, vt colliges ex toto tit. de conditio. & demonstr. & de conditio. institution. & declaratur

optime in l. proinde. 8. ff. si Cert. Pera. Resolutiua vero conditio, illius & diuersæ est nature, tunc scilicet non suspendat actum & dispositionem, imo a contrario per purificationem conditionis, & eius existentiam, destruat & resoluatur actus, a conditione regulatus, & de hac conditione resolutiua habes exemplum in l. 3. de cõtra. emptio. & in l. 2. de in diem adiectio. l. 1. de lege. comisso. Et tunc regulariter conditio ista resolutiua solet concipi, per dictionem nisi vt deduces ex tex. in l. obligationum. 43. §. conditio de actio. & obliga. declarat. ingeniose Acost. in comentarijs quæ ad illum textum parauerat lib. 1. selecta. c. 23. & semper conditio talis postponitur actui, & dispositioni, per illam dictionem nisi, Cõditio vero suspensua, concipi solet, per dictionem si vel per ablatiuos absolutos Ias. rub. solu. matr. probat. l. a testatore 101. de conditio & demonstra. Nauar. in ca. si quando prælud. 3. numer. 6. in fin. Barbos. 1. parte rub. numer. 26. hanc differentiam inter has conditiones, & vniuscuiusq; descriptionem reperies, apud Petr. Barbos. in leg. si ante. numer. 32. solut. matr. & in 3. parte rubric. numer. 34. aliqua Surd. de Alimen. titulo. 5. quæst. 3. numer. 28. Marc. Anton. Peregrin. de fideicommiss. arti. 43. numer. 20. post Acost. vbi supra.

Et non solum ad finem speculationis hæc dicta fuere, sed ad practicum, his enim diebus retrorsis postquam huic glose finem imposueram, occurrit casus in quo, testator nepotem quendam ex sorore Hieronimum appellatum hæredem instituerat, simpliciter, sed quia habebat alium nepotem ex Fratre per quem desiderabat suam conseruari agnationem, qui per sex annos abfuerat a præsentia ciuitate, & ad indos se traduxerat, adiecit hanc clausulam in discrimine institutionis testamentariæ y la sobredita institutio fas ab parte, y conditio, que no apare-

aparegues Ioseph mon nebot fill de Iuan mon germa) dubitatum fuit, vtrum Hieronymus institutus esset mitendus in possessionem hæreditatis sui auunculi, vel patru ex quo reperiebatur institutus: ex parte cognatorum dicti Iosephi absentis pretendebatur, & de facto duo iuris periti huius ciuitatis florentissime Illerden. non parua eruditionis) quod non est nouum tales in hac sciuitate reperiri) insistebant compellendum fore dictum Hieronymum institutum, ad docendum ante omnia, de præmorientia dicti Iosephi, cum in subsidium fuerat præfatus Hieronymus institutus, & fundans se in qualitate, debet ante omnia de illa edocere; nos autem qui partes Hieronymi agebamus, allegauimus supra dicta, nempe institutum fuisse sub conditione resolutiua, nisi apareret Iosephus,

quo aparente & reduunte, institutio destruetur, & quod per cautionem mutianam poterat dicto Iosepho præcaueri, quam obtulimus præstare pro parte dicti Hieronymi, & quod is nõ poterat cogi, ad docendum de morte Iosephi, cum non erat causa præambula ad acquirendum, & de facto fuit præstita dicta cautio mutiana, & minus in possessionem hæreditatis, quã vsque in hodiernam diem continuat, & consequenter si in casu nostræ constitutionis contigerit, bona prædicta peruenire ad successores impuberum filiorum dicti Hieronymi, & his existentibus in possessione, constiterit & apauerit de persona Iosephi, certum erit seruandam fore prædictam conditionem resolutiuam, secundum metas & limites conditionis resolutiue: & hæc de quinta glosa.

NOTABILIA EX GLOSA VI.

- 1 Expressio eorum que tacite in sunt, nihil operatur.
- 2 Dispositum in vno ex correlatiuis, habet locum & in alio.
- 3 Maritus relictus ab uxore dominus massarius & usufructuarius, solum de alimentis intelligitur, sicut e contrario vxor.
- 4 Consuetudo præter ius, ad similia extendi potest.
- 5 Reservatio facta in cartis nuptialibus de usufructu, matri vel patri, cum clausula, vt sit dominus massarius, vel usufructuarius, importat alimenta.
- 6 Interpretatio ex contractu aliquando sumenda, a verosimili mente contrahentium.
- 7 Constitutio nostra est contra ius commune, & iuris correctoria.
- 8 Constitutio nostra si de matre non disponeret, sed solum de patre, an ad illam prorrigeretur, & nu. 30.
- 9 Correctio legis facta in vno ex correlatiuis, ad alium prorrigitur, nisi diuersa militaret ratio in vno, quam in alio.
- 10 Correctio per legem nouam inducta in vno ex correlatis, prorrigitur ad alium.
- 11 Trebellianica an possit de iure communi prohiberi, in filijs primi gradus.
- 12 Falcidia an possit prohiberi in hoc Principatu, stante conditione 27. anni 1599. sicut & Trebellianica in filijs primi gradus prohibetur.
- 13 Falcidie & Trebellianice detractio, fit semper contra voluntatem testatoris.
- 14 Falcidie detractio sicut prohiberi potest per testatorem, sic & Trebellianice, per equiparationem.
- 15 Episcopus non potest hereticos, sine Inquisitorum autoritate condemnare.

- demnare, nec absolueret, & declarata Clementi 1. §. 1. de hereticis in clementi.
- 16 Mulier binuba nedum lucra ex primo matrimonio acquisita inmediate, tenetur filiis primi matrimonij reseruare, sed ea, que post secundum matrimonium mediate obuenerunt.
- 17 Maritus conuolans ad secundas nuptias, tenetur lucra ex primo matrimonio mediate, vel immediate obucuta, filiis prioris matrimonij sicut & mulier, reseruare.
- 18 Maritus & uxor, cum sint correlatiui, semper comprehenduntur sub una dispositione.
- 19 Pene a iure imposte secundo nubentibus, sunt communes maritis & uxoribus.
- 20 Legis femine dispositio, loquens solum de uxoribus, prorrigitur ad maritos per l. 5. C. de secund. nup.
- 21 Principum superiorum, & Pontificum actio, nostra est instructio.
- 22 Tortura per inferiores exercenda, non est ultra modum irroganda, prescriptum a Regio concilio, & ultra quod ibi obseruatur.
- 23 Si illius superiorum iudicium sequendus, maxime in penalibus.
- 24 Authentica ex testamento, C. de secundis nuptijs, declaratur & extenditur ad patrem seu maritum.
- 25 Pater an priuatur successione filiorum, per transitum ad secundas nuptias, & declaratur §. optimum in authentico de non eligendo 2. nuben. collat. prima, & numer. 26. & 27. usq; ad nu. 29.
- 30 Constitutio nostra, si de matre non disposuisset, solum de patre esset intelligenda.
- 31 Constitutiones huius Principatus, non admittunt interpretationem.
- 32 Correctoria lex extenditur ad casus similes, quando in similibus militat Regis correctorie ratio.
- 33 Stante statuto prohibente interpretationem statutorum fieri, non extenditur lex ad casus similes.
- 34 Regium concilium non potest constitutiones extendere ad casus similes, ex identitate rationis, licet possit illas declarare.
- 35 Interpretatione prohibita, censetur extensiuam, & non comprehensiuam prohibita, & similiter de friuola & non alia.
- 36 Ius commune unum disponens, & aliud ius nouum municipale, non presumitur de isto, uelle aliud disponere quam expresse cautum est.
- 37 Mens Principis est, in casu omisso in lege noua, seruare ius commune.
- 38 Pœna imposta viro nubenti cum alia uxore, prima uiuente, an habeat locum in uxore nubente uiuo primo viro.
- 39 Filius in Cathalonia, an titulo legati, vel institutionis astringatur, legitimum patri, vel genitoribus relinquere, & declarata constitutio 1. tit. de filiis & patribus preteritis.
- 40 Constitutio nostra, an sit exorbitans, correctoria, vel limitatoria, & de differentijs inter corrigere, exorbitare, & limitare.
- 41 Exorbitans lex que dicatur, & qualiter dignosci potest an sit exorbitans.
- 42 Filio defuncto intestato, de iure communi regula sit certa, quod succedunt parentes equaliter, & de ratione huius successionis, n. 43.
- 44 Contentum & dispositum per constitutionem nostram, continetur sub regulis authentice defuncto ad Terilianam.
- 45 Impuberes, & puberes, masculi, & femine filij, & nepotes, comprehenduntur sub generalitate uerborum authentice defuncto ad Terilianam.
- 46 Constitutio prima hoc titulo incipiente, com al. officii Rejal, expenditur & ponderatur in sui ratione.
- 47 Correctoria lex illa dicitur, que corrigit legem generalem.
- 48 Limitatoria lex est illa, que sub uer-

bis

- bis regule generalis continetur, subducitur tamen ab ea, per aliquam rationem particularem.
- 49 Extentio in exorbitantibus, in iure non admittenda, ex identitate rationis.
- 50 Extentio non fit de marito ad socerum & declarata l. si uero 65. §. de uiro solut. matrimonio, & nu. 51.
- 52 Correctio facta ex nouo iure, in uno casu ex coadequatis, & equiparatis in iure antiquo, censetur in omnibus equiparatis facta.
- 53 Extentio in correctorijs, neque ex identitate, neque ex maiori parte rationis non admittitur.
- 54 Lex noua corrigens unum ex equiparatis, non extenditur ad alium, si ratio non est expressa, & omnes comprehendit equiparatos, ut in nu. 55.
- 56 In correlatiuis ex diuersis rationibus in lege comprehensis, non extenditur dispositio in uno facta, ad alium.
- 57 Declaratur authentica quas actiones C. de sacro. sanct. Eccles.
- 58 Prescriptio aduersus ciuitatem, non admittitur, nisi centenaria, in uenditione, donatione, & hereditaria successione.
- 59 L. fina. C. de sacrosanct. Eccles. an sit correctio per authent. quas actiones eod. tit. & n. 63.
- 60 Prescriptio regulariter in Ecclesijs, & ciuitatibus, per 40. anno. impletur.
- 61 Lex noua loquens in casu speciali, non corrigit legem antiquam generaliter disponentem, & num. 64.
- 62 Prescriptio de qua in authentica quas actiones, C. de sacro. Eccl. comprehendit Ecclesias nisi in casibus ibi expressis.
- 64 Lex noua correctoria, tunc demum corrigit legem antiquam specialem quando constat de uoluntate legislatoris.
- 65 Princeps secularis potest facere legem priuantem Ecclesias immunitatibus, per alias leges seculares concessas, si non in modum priuilegij, sed legis, id fuerit concessum.
- 66 Statuta laicorum contra libertatem Ecclesie non admittuntur, facta tamen ad illius utilitatem, per statuentes reuocare possunt.
- 67 Papa non potest ordinare in terris sibi in temporalibus non subiectis, ut nullae prescriptiones currant contra Ecclesiam.
- 68 Dispositio, que libet legis testamentaria, vel que uis alia sit, regulatur a potestate disponentis.
- 69 Declaratur constitutio 5. sub tit. de arbitris incipiens, primerament, & num. 71.
- 72 Restitutio integrum in Cathalonia conceditur, in executione instata sententie arbitralis, licet ab ea non appelletur, nec supplicari possit.
- 73 Papa an possit dare immunitatem domibus clericorum, ut delinquentes non extrahantur in preiudicium statuti secularis permitentis extrahitionem.
- 74 Beneficia laicis concessa, non possunt ab eis auferri per ius canonicum.
- 75 Priuilegium Religionis, vel cuiuslibet alio concessum, non soluendi decimas ex suis terris, non comprehendit laicum cui decime competunt.
- 76 Declaratur constitutio prima sub titulo de decimis edita anno 1542. cap. 53.
- 77 Legitimus succedit impuberi, in casu constitutionis nostre.
- 78 Legitimus quis, vel ex subsequenti matrimonio, vel ex rescripto Principis, vel per Curie oblationem, vel patris nominationem, & a quo iure inducitur.
- 79 Legitimus per consequens matrimonium, plus non consequitur, quam alius ex rescripto Principis.
- 80 Legitimus ex subsequenti matrimonio, admittitur ad omnia, ad que legitimus & naturalis admitti solet, quod intellige in certis legitimationum speciebus numer. 81.
- 82 Legitimus in nibilo differt a uero legiti-

- legitimo, in successione legali.
- 83 Legitimi dicuntur de linea contentiva testatoris.
- 84 Legitimi habent iura agnationis, & cognationis actiua, & passiu.
- 85 Legitimus succedit fratri suo legitimo, in primo successione gradu, & è contra.
- 86 Legitimi per oblationem Curie, solum succedunt patri legitimi secundum aliquos.
- 87 Discrimina inter species legitimatum recensentur.
- 88 Legitimus altero ex tribus modis efficitur suus heres & necessarius patri legitimi.
- 89 Beneficium abstinendi suis hereditibus a Praetore concessum, competit filiis, & non legitimis, num. 90.
- 90 Legitimus siue velit siue nolit, tenetur hereditatem paternam adire.
- 91 Gotholanus quidam docuit quandam opinionem in iure Ludouico Romano qui profitetur ab eo dedicisse.
- 92 Legitimus quis per ingressum monasterii, tanquam per oblationem curie celestis, sicut per oblationem Curie terrestris.
- 93 Legitimus, quo ad omnes iuris effectus legitimus reputatur.
- 94 Legitimus post factum testamentum, tanquam agnoscendo rumpit testamentum patris legitimi.
- 95 Legitimo competunt omnia remedia, quae legitimis competunt, contra testamentum paternum.
- 96 Legitimus comprehenditur sub conditione, si sine liberis, facit quae illam cessare.
- 97 Statuta loquentia de legitimis & naturalibus, haec quae differentia lucra, comprehendunt legitimatos.
- 98 Retrahendi ius ex pacto, lege vel statuto alicui legitimo competens, competit etiam legitimis.
- 99 Legitimi pro legitimis reputantur in materia exorbitanti.
- 100 Legitimus per subsequens matrimonium continetur sub conditione, si sine liberis legitimis & naturali-

- bus, & de legitimo matrimonio natis, secus vero legitimatus per rescriptum, & Curie oblationem, numer. 101.
- 102 Princeps derogans fideicommissum in legitimationis rescripto, facit successibilem legitimum, in casu quo legitimi & naturales, & de legitimo matrimonio vocantur.
- 103 Legitimus per subsequens matrimonium, inter parentes in quibus matrimonium contrahi tempore natiuitatis legitimi non poterat, non est vere legitimus, nec capax successione, etiam si dispensatio Pontificis accedat.
- 104 Legitimus per subsequens matrimonium, tunc demum facit illum vere legitimum, si matrimonium posset iniri inter contrahentes.
- 105 Papa legitimando, solum natalia restituit, quoad dignitates, & beneficia.
- 106 Papa dispensando in matrimonio, etiam si mentionem faciat de prole nata, non facit illam successibilem, in Regnis sibi in temporalibus non subiectis.
- 107 Papa dispensando in radice, an faciat prolem iam natam successibilem, in terris Pontifici non subiectis in temporalibus, & n. 109.
- 108 Papa quando sit visus in radice dispensare remissiuè.
- 110 Papa omnia quae sunt iuris positiui, in manus habet, & pro libito potest illas distribuere.
- 111 Papa non potest legitimare quoad successiones, ultra suam temporalem iurisdictionem.
- 112 Prohibitum una via, non potest nec debet alia permitti.
- 113 Donatione prohibita, censetur omnis alia onerosa alienatio prohibita, quod intellige sub nu. 114.
- 115 Fraus legi per indirectum non permittitur, nec in Principe.
- 116 Per indirectum non est censendum, quod directè fieri non licet.
- 117 Prohibito actu, censentur omnes actus

- Actus prohibiti, per quos perueniri potest ad actum prohibitum.
- 118 Prohibita alienatione, censentur prohibiti actus inductiu alienationem & praecipue si ex actu mediato nihil aliud consequi potest, quam alienatio ipsa, & num. 117.
- 120 Pontificia potestas in iure positiuo, nullos habet fines.
- 121 Facta pro infectis haberi non possunt, nec ad id ulla datur potentia, nec in Deo Optimo Maximo 122.
- 123 Quae implicat contradictionem in Deo, non reperiuntur.
- 124 Papa si dispensando in radice, faceret prolem antea natam successibilem, facta pro infectis faceret, & quare.
- 125 Papa dispensando in radice non potest facere, ut contrahentes nunquam peccauerint, nec quod sine confessione illius peccati saluarentur.
- 126 Sacramentalis gratia per peccatum ex nefario & incestuoso coitu amissa non restituitur per Pontificem, ex reuocatione legis canonice generantis peccatum.
- 127 Papa potest derogare impedimentum canonicum, quod obstabat matrimonio contrahendo, & amouere legem quae illud generabat.
- 128 Papa potest disponere contra, praeter, & ultra ius positiuum, & non quod leges factae pro infectis reputentur.
- 129 Expenditur & declaratur tex. in cap. quia circa, de consang. & affin. cui respondetur variè.
- 130 Pontifex potest dispensare in radi-

- ce matrimonij.
- 131 Matrimonium ex se nullum ob aliud quod impedimentum canonicum, ex sola Pontificis dispensatione, absque nouo contractu & solo illo primo consensu, non efficitur validum.
- 132 Dispensatio nulla reperitur in cap. quia circa 6. de consang. & affini.
- 133 Dissimulatio tunc viget, quando adest damnum, & super actu illicito ad euitandum scandalum.
- 134 Legitimi per subsequens matrimonium dispensatum, nati ante dispensationem, a parentibus ignorantibus impedimentum, sunt vere legitimi.
- 136 Affines matris non veniunt in successione impuberis, in casu constitutionis.
- 137 Mater & auia an censeantur priuatae tutela, quam habent a iure in casu constitutionis, & n. 140.
- 138 Tutellae datio sequitur bonorum successionem.
- 139 Tutella quam nouella Iustiniani defert matri & auiae, dicitur legitima & non datiua.
- 141 Mater per substitutionem pupillarem a successione impuberis remouetur.
- 142 Tutella dicitur onus, & non lucrum, & sic minoribus non defertur.
- 143 Mulier licet pro ciuilibus non possit carcerari, pro debito tamen administrationis tutelae potest capi.
- 144 Taxatiua, sola, nostrae constitutionis expenditur, & ponderatur.
- 145 Pater non priuatur usufructu sibi a lege delato in bonis filij sui, licet ab illius successione remoueatur.

**E ASSO MATEIX SIA
OBSERVAT EN LOS BENS**

QUE A AQVELLS IMPUBERS DE LA
març,ò de la linea maternal, seràn
pèrtingurs.

ID EST

*Et hoc idem obseruetur in bonis quæ ad illos impuberes à ma-
tre seu a linea materna peruenta fuerint.*



EXPRESSIO enim eorum, quæ tacite insunt, nil amplius in iure tribuere solet ad l. 3. de legat. primo, l. vnum ex familia. 69. §. primo de legat. secund. l. quesitum 9. §. Pomponius de distractio. pig. l. aliquando 106. de condit. & demonstra. latè Doctores, & signanter Ripa in dict. l. 3. de legat. 1. Surd. decis. 119. numer. 28. & melius decis. 220. numer. 14. & ferè per totam, idem de aliment. tit. 2. quæst. 15. numer. 112. notabat Sese decis. Aragon. 142. num. 17. Et in ¶ correlatiuis, de iure dispositum in vno, cõsetur & in alio dispositum, l. 7. vbi Bal. C. de Cupres. lib. 21. l. 3. in fin. C. de sacro. Eccles. l. fina. de acceptilatio. l. fina. C. de indic. viduita. tollen. Surd. decis. 32. num. 5. & decis. 63. numer. 1. & de eis. 758. n. 10. Mantic. de tacit. & amb. conten. lib. 4. tit. 3. numer. 6. & non solum quæ a iure disponuntur in altero ex correlatiuis; sed etiam ex consuetudine, Surd. in optimo casu de alimẽ. tit. 4. q. 3. n. 71. & tit. 6. q. 3. n. 16. & in materia priuilegij idem firmauerat tit. 8. priuileg. 65. n. 3. vnde cum pater & mater sint correlatiui, vt notat DD. in l. fin. C. de indic. vidui. tolen. & in l. fina. C. de impuberum. Ex quo enim Rex Petrus 3. disposuerat iam de bonis paternis filio impuberi delatis, (vt

vidimus in glosa secunda huius constitutionis) frustratorie & superuacue ad didit hanc glosam, & clausulam, vt hoc idem quod dixerat, seruetur in bonis a matre filio delatis, hoc est, quod in illis succedatur eodem ordine per cognatos, quo succeditur in bonis paternis per agnatos, nil enim huius successionis expressio operata est, cum ex natura correlationis virtualiter inerat: Et hæc sententia fulciri potest ex illa Baldi obseruatione in authentica hoc locum, C. si secundo nupsit. mulier. n. 2. in fi. quem secut⁹ est Ias. in l. fin. n. 9. C. de indic. viduit. tollen. Benedic. in cap. Rainuntius, verbo cetera bona, n. 21. de testa. & ex recentioribus Surdus de alimen. tit. 2. q. 75. n. 18. quam & nos secuti sumus sup. glos. 4. n. 168. ¶ Quæ cauetur, quod quemadmodum Bulgari opinio, communiter recepta fuit in vxore relicta domina massaria, & usufructuaria, filijs heredibus institutis, vt tantum relictum illud importet alimentaria; sic è contrariò quando maritus dominus massarius, & usufructuarius per vxorem relinquitur, censetur solum alimentarius, ratione correlationis, vt dispositum in vno, censetur etiam, & in alio dispositum: nec ¶ opinio illa Bal. & sequacium procedit sine ratione, nam cum consuetudo Bulgari, circa usufructum vxoris (relata per glosam in authentica, q. locum) sit præter ius, extẽdi ad similes casus non erit nouum ad l. 2. C. quæ sit longa consuetud. Ias. l. de quibus,

bus numer. 14. de legib. per illum textum Rochus de Curte in cap. fina. numer. 316. de consuetud. probat. latè Alexa. Trentasinq; variat. resolut. lib. 1. tit. de consuetudine resolut. 1. & dato hoc principio, quod hæc Bulgari consuetudo sit præter ius, & non contra ius, Fiet ¶ exinde, quod poterit intelligi, tam in usufructo relicto in vltima voluntate, quam in contractu; (& quotidie hoc ad manus habebis) solent enim parentes in hoc nostro principatu filios suos hereditare in capitulis & cartis nuptialibus, (vt videre licet in illo volumine Petri Fontanilla, & videbis scito in nostris commentarijs quæ paramus ad constitutionem, a foragitar fraud) in quibus quidem hereditamentis, seu donationibus, solent reseruare vsum fructum, illumq; vxoribus, & matribus donatariorum donare; tunc enim existimo illam reseruationem alimenta importare. Hoc intelligo, respectu alterius ex coniugibus, qui non fuit dominus rerum donatarum; nam ¶ cum (vt dixi) Bulgari consuetudo sit præter ius, extenditur ad contractum, ex identitate rationis: nam cum recipiat interpretationem a testatoris voluntate, & aliquando in contractibus sumitur interpretatio a verosimili mente alterius ex contrahentibus l. obligatione generali 6. ff. de pignor. l. si vnquam 10. C. de reuocand. donat. l. tale pactum 47. §. fin. vbi glos. fina. in fin. ff. de pact. latè Menoch. presumpt. lib. 4. pres. 35. numer. 20. Anto. Gabr. libr. 6. de regul. iuris conclus. 12. post Socin. in l. cum auus, numer. 97. de condit. & demonstra. non erit incongruum firmare, vt quemadmodum consuetudo illa Bulgari procedit in marito, ratione correlationis, quis solum locuta fuerit in vxore; sic in casu nostræ constitutionis, quamuis Princeps non aduerteret, vt hoc idem obseruaretur in bonis maternis, iam intelligeretur dispositum, ex virtute correlatiua. Sed tamen ¶ hæc consideratio non concludit, nam (sicut diximus) illud factum

fuit, quia consuetudo erat præter ius, atvero constitutio nostra, est contra ius, huiusquæ correctoria, & obstat regula, quod in correctorijs non admittatur extensio de persona ad personam, licet aliquando ex identitate rationis permitatur de casu ad casum, l. si vero 65. §. de viro solut. matrim. authentica quas actiones, C. de sacro. Eccle. & melius in l. præcipimus in l. fin. C. de appellat. Bart. in l. 2. numer. 34. de vulg. vbi Alexand. numer. 31. Petr. Barbof. l. si constante a numer. 101. & ante n. 72. & in l. 7. par. 1. numer. 19. Lara de anuerfar. lib. 1. ca. 5. n. 15.

Nihilominus tamen, licet constitutio nostra sit iuris communis correctoria, & consequenter inextensibilis; tamen etiam si de matre non fuisset allocuta, ad huc ad illam protrahi posset, ratione correlationis; nam quoties lex correctoria corrigit vnum ex correlatiuis, tunc correctio prorrigitur ad alium ex correlatis, vt per Anton. Gabr. lib. 6. commu. conclus. tit. de legib. conclus. 12. numer. 36. vbi multa cumulauit post Bart. in authentica qui semel, C. quomod. & quando iudex Surd. de aliment. tit. 7. quæst. 25. numer. 7. & 8. subtiliter Petr. Barbof. in l. si constante solut. matr. numer. 105. & 106. post ea quæ varijs exemplis illustrauit Ias. l. fin. C. de indic. vidui. tol. a numer. 2. ad numer. 17. Ripa in l. si constante, numer. 62. solut. matr. ¶ Ni si in casu in quo militaret diuersa ratio inter correlatos, iuxta doctrinam Bart. in l. 2. numer. 6. versic. Sed circa hoc dubitatur, post glosa. in verbo recusante, l. fin. de bonisq; liber. latè Barbof. vbi supra, numer. 105. vbi etiã reperies, quod in casibus equiparatis, quando lex noua corrigit vnum ex equiparatis, censetur alium corrigere ad glos. communiter receptam in l. si quis seruo. C. de furt. Ripa in l. nemo potest, numer. 48. de legat. 1. & in l. rem quæ nobis, numer. 2. de acquir. possel. Couarruu. in cap. Rainaldus, §. 3. numer. 6. Gom. l. 24. Tau. & ex hac reso-

11 resolutione, infertur declaratio † ad constitutionem anni 1599. ca. 27. quæ incipit, *per conseruar*, per quam terminatur illa agitata disceptatio inter DD. an parentibus liceret prohibere, inter filios primi gradus, detractioñe Trebelianice, de qua communes in l. Centurio de vulga. Alcia. in l. cū proponas, C. de pact. & alij cumulati per lul. Clar. §. testamentum quæst. 63. & Peregr. de fideicommiss. art. 3. numer. 106. Cancer. lib. 3. var. cap. 2. numer. 93. subtiliter Anto. Faber. de error. de cas. 17. error. 6. per dictam enim constitutionem 27. cauetur, posse parentes prohibere dictam Trebelianicam, vt intelligatur dicta constitutio, & in falcidia, ex † quo enim falcidia, & Trebelianica sunt equiparata, vt notabant Bart. & communis interpretum cursus, in l. Marcellus ad Trebel. cum ob eandem rationem, ob quam inducta fuit Trebelianica, inducta etiam fuerit & falcidia, vt in §. 1. instit. de lege falcid. iuncto §. sed quia hæredes instit. de fideicommiss. hæredita. & sic regulariter licet argumentari, de vna ad aliam, de quo est mirabilis text. in l. plausi 43. §. fina. de condit. & demonstra. Cra. in §. falcidia, quæst. 1. numer. 2. & quæst. 2. & est textus in l. Marcellus 3. §. quod autem ad Trebel. notat Peregr. variar. iuris lib. 6. numer. 42.

12 † Vtriusque enim quarte detractio fit contra voluntatē testatoris, & cuius voluntate sepe præsumitur, vt sine aliqua diminutione falcidie vel Trebelianice restituatur hæreditas l. 1. & l. fin. C. ad l. falcid. Mant. de coniectu. lib. 9. tit. 14. numer. 15. inde igitur fit, vt cū sint coadequata, connexa, & equiparata, ex quo constitutio illa permiserit parentibus posse prohibere Trebelianicam in filijs primi gradus, censetur etiam prohibita falcidia, ex quoadequatione, & correlatione.

13 Et eodem modo erit intelligenda authentica, sed cum testator, C. ad l. falcid. ex quo enim lex illa noua corrigit antiquam, permitentem prohibitionē

falcidie testatoribus, habebit locum in Trebelianica, quamuis dicta authentica procedat correctorie, vt interpretati sunt communes interpretes in die. l. Marcellus ad Trebel. Couarruu. alijs omisis in cap. Rainald. §. 3. † Eodem modo erit intelligenda Clement. 1. §. 1. de hereticis in Clementinis, qua cauetur, non licere Episcopis, sine Inquisitoribus hereticæ prauitatis, relapsos & hereticos condemnare, vt quamuis hæc sit lex noua, & solum legem antiquam corrigat, in condemnatione, erit etiam intelligenda in absolutione, cū condemnare, & absolueret sint connexa, coadequata, & correlatiua, & sic stante illa Clementina non poterit Episcopus, sine dictis Inquisitoribus, hereticos absolueret argumento text. in l. 3. vbi communes & signanter Ripa de re iudica. & quamuis iste intellectus patiatur aliquibus contradictionibus, inter doctorum sententias: tamen ratio Pontificis in dict. Clementina asignata, potens erit vincere maiores contrapositiones, si illa rectè perpendatur. † Inuatur etiam & hæc sententia ex alia non ineleganti consideratione, desumpta ex l. 3. §. illud, C. de secundis nuptijs; ex quo enim ibi mulier compellitur, nedum lucra immediatè eidem obuenta ex primo matrimonio, quando secundum elegit, reseruare proli ex primo matrimonio, vt dixerat, l. illa fœmina in principio; sed etiam omnia alia lucra, quæ per mediam personam ad eandem peruenissent vxorem, veluti per successionem alterius ex filijs primi matrimonij, de functi post contractas secundas nuptias; Sic † etiam, & vir siue maritus, compellendus erit illo conuolante ad secundum matrimonium, reseruare lucrum sibi delatum per mediam personam ex successione filij primi matrimonij, ceteris filijs eiusdem matrimonij, quemadmodum etiam cogitur a iure reseruare alia lucra immediatè ab ipso primo matrimonio sibi delata, iuxta dispositionem l. generaliter, §. C. de secund.

secund. nupt. hæc autem extensio, dict. §. illud loquentis solum in matre, vt extendatur ad patrem, fuit originaliter glof. fina. in dict. §. illud quam approbarunt communes interpretes ibi, & post eos Deci. consil. 229. Roland. consil. 95. volum. 1. Benedict. in cap. Rainuntius, verbo, & vxorem, numer. 88. † Et quamuis hæc extensio, §. illud non sit lege aliqua roborata; tamen cum sint relatiua inter se, nulli dubium erit, quod sub vna dispositione comprehendebuntur; & sic quamuis dispositio l. generaliter §. C. de secundis nuptijs extendat legem fœminæ 3. C. eodem ad maritos, cum hæc solum locuta fuisset in vxoribus, non tamen exinde sequitur, quod voluerit dicta lex generaliter extendere dispositionem dicti §. illud, ad hoc vt dicamus, fuisse extensionem illius §. lege approbatam; sed tamen licet non sit a lege inducta, tamen ratiocinando licebit nobis, & licuit interpretibus illam extensionem inducere, hac ratione, Quod † pæne secundo nubentibus per leges inducte sint communes inter maritos, & vxores, vt in §. si vero spectet in authentico de nupt. l. si ab hostibus 17. §. fina. solut. matrimo. sed inter præcipuas penas binubibus impositas, est illa §. illud l. fœminæ; igitur comprehendit matrem, sicut & fœminam, maritum sicut vxorem, & patrem sicut & matrem, cum ratio etiam dict. §. illud, loquentis solum in matre, militet etiam in patre. † Et quemadmodum Imperatores, ex eadem ratione legis fœminæ 3. C. de secund. nupt. (quæ solum loquitur in vxoribus) extenderunt decisionem illius, & porrigerunt ad maritos, in l. generaliter §. C. eodem; sic etiam & nos poterimus extensionem admittere, de dicto §. illud, ad maritos, seu patres; Imperatorum † enim & Principum actio, nostra debet esse instructio, vt multis exemplis traditis, notabat Franc. Ripa in l. fina. C. de reuocan. donat. numer. 141. & est textus in l. & hoc Titius alijs l. Titius 42. de hære-

dib. institu. & hæc est ratio decidendi nostræ constitutionis Catalonia incipientis, aiustant, secunda in ordine, & ferè totius tituli de vade iudicari, y que lo de la Reyal Audiencia, &c. Et ex Affecto, Cabedo, & alijs notabat Cácer. lib. 3. var. cap. 3. numer. 74. in fina. † Et sic vno die ante quo hæc calamo comendamus de facto obseruari, in hac florentissima Illerdés Ciuitate, in quadam executione Torturæ, per partiaros & probos homines dictos de ventura, institute in personam cuiusdam delinquentis, qui ex priuilegio in concuse obseruato, a suisque Principibus concessio, cognoscunt & iudicant priuatiuè ad omnes de causis criminalibus, secundum suum bonum sensum, & cum solo dictamine rationis naturalis, absque aliqua necessitate exigendi concilium, nec ad informandum animum suum ab aduocato, iurisperito aliquo, etiam si vice assessoris & iudicis ordinarij fungatur (sicut in presenti licet in meritè nos tali munere a S. C. & R. M. condecoramur cum igitur præfati probi homines Partiarj, & Vicarij assisterent (& quod dolendum est omnes interrogare reum volunt, & arbitrantur omnes, quanto tempore, quot vicibus sit subleuandus, quod pænitus ignoro qualiter, & quando hoc sit introductum ex quo plura incomoda secuntur) cum enim vellent diuersas species torture adhibere, in personam torti, quia persistebat in negatione, ibique assisterem ad interrogandum reum, nolui permittere ultra modum in Regio Concilio obseruatum, torturam exerceri, cum ex superioribus dicebam actionem Snpremi Concilij, inferiorum esse instructionem, & cum in Supremo nostro Concilio, tantum in vsu habeant quæstionem, seu tormentum *del potro*, apud nos dictum *del garrot*, in cuius locum in hac ciuitate succedit, *lo del polse*, (solemus enim suspendere reum per digitum pulgare tantum, & sic suspensum per certum

tum spatium reum detinemus, & ter
folet reus suspendi, & eo negante, de
ueniri solet ad tormentum, *de la Roda*,
vt manibus a tergo ligatis, eleuetur in
altum, primo sine pondere, secundo
cum pondere vnus quintalis, & tertio
cum pondere vnus & dimidij, & in
qualibet subleuatione solet detineri
per vnus horę quartum ad minus,
cum igitur hæc omnia fuissent
iam adimpleta, & reus persisteret in
negatione post quatuor horas torture
& vltra, voluissentque aliqui ex pro-
bis vti tormento, *del quant del Empera-
dor*, alijs dicto in Castella, *de las tabli-
llas*, & tormento ouorum cogtorum
calidorum, & affirmassem conclusum
fuisse in tortura, nec amplius esse locū
alijs speciebus quæstionum, & cū hoc
egre ferrent probi homines & Patia-
rij, ad protestandumque me viderent
paratum, in amplius non torquendo,
meis allegationibus deuicti, fuit con-
clusum in tortura, & limites Stilli Re-
gij Concilij excedere noluerunt, ma-
ximè ¶ in pænalis vt per Canteram
in suis quæstionibus crimina. tan gen-
tibus ad reum, q. 9. n. 7. post Bosium, &
Carre. ibidem scitatos. Quemadmo-
dum igitur ex correllatione Impera-
tor porrogauit dispositionem, l. femi-
ne loquentem in vxoribus ad maritos
in l. generaliter, sic etiam nos Impera-
toria institutione formati, dispositio-
nem, §. illud l. femina loquentem in
vxoribus, ad maritos protrahere pote-
rimus.

24 Similiter etiã (eadẽ correllatione re-
tẽta) in casu autẽtice ex testamẽto, C.
de secũd. nup. vicem⁹, q. dispositionẽ il-
lius tantum loquentis in matre, intelli-
gunt etiam omnes in patre, & sicut lo-
quitur in vxore, intelligatur & in ma-
to, vt per communes in d. authentica
ex testamento, C. de secũd. nup. sig-
nanter Ioan. de Garron. in repetitione
peculiari illius authentice, numer. 27.
Oldrad. consil. 32. & alij quos refert
scitar, Auenda. l. 15. Tau. n. 1. & 2. An-
to. Gab. in lib. communium, conclusi-

tit. de secundis nuptijs a regu. 1. ad re-
gul. 8. Azeued. l. 4. tit. 1. lib. 5. noue co-
lec. Regie. ¶ Et licet huic coadequatio-
ni inter virum & vxorem (ex correllati-
one, vt dispositum in vno censeatur, &
in alio dispositum) aduerfetur tex-
tus in §. optimum in authentico de nõ
elige. 2. nub. collat. prima in ver. sicut
enim patres vbi Iustianus asserit, nul-
lam esse legem priuantem patres suc-
cessione filiorum suorum, per transitũ
ad secunda vota; ¶ Tamen hæc Iusti-
niana assertio, est intelligenda & coar-
ctanda, ad ius codicis, vt secundum eũ
intelligatur, quod quemadmodum pa-
ter ad successionem filiorum non ad-
mitebatur, sed solum fratres filij defun-
cti ad successionem vocabantur illius,
excluso patre, vt in l. fin. in prin. C. ad
Tertilia. in versiculo. *fin autem*, ita etiã
non dicamus priuari patrem successio-
ne filiorum, per transitum ad secun-
da vota, ¶ Cum priuatio supponat ha-
bitum; sed is habitus nullus fuit in pa-
tre de iure codicis, igitur Iustianus
nullam absurditatem inducit, affirman-
do nullam reperiri legem priuatiam
ad patres, in successione filiorum per
transitum ad secundum matrimo-
nium: Vnde ¶ cum post iura codicis,
vt in authentica defuncto ad Tertilia,
pater succedat filio suo, & potest
verificari qualitas priuationis, & de
iure pænæ secundo nubentibus impo-
site, comprehendant maritos sicut vxo-
res, vt per Auendan. & omnes Tauri-
stas in dicta l. 15. Taur. & copio-
sius Azeued. l. 4. titulo 1. libr. 5. di-
cendum erit, non esse assertionem
Iustiniani intelligendam, vltra me-
ras iuris codicis: Verum ¶ igitur e-
rit affirmare, dispositionem dicti §.
illud, & authentice ex testamento,
& l. femina, & omnia alia con-
cernentia ad pænās secundo nuben-
tibus, licet loquantur tantum in vx-
ore, cum sint in materia indifferen-
ti, intelligantur etiam in marito; sic igi-
tur erit concludendum in casu nostræ
constitutionis, vt licet expressè non
exten-

extenderet (in hac glofa) suam dispo-
sitionem ad bona per lineam mater-
nam obuenta, nihilominus tamen ex
quo in bonis paternis impuberis, fuisset
iam prouisum, ex correllatione, iam
videretur dispositum & in maternis.
Sed tamen quidquid hæc omnia su-
pradicta in se & in abstracto verũ sua
dere videantur, contrarium tamen de
iure verius apparebit, si infra scripta re-
cto calculo expendatur, imo potius si
constitutio nostra solum locuta fuisset
in patre, hunc excludendo, non posset
trahi ad matrem, cum ¶ constitutiones
presentis Principatus omnem inter-
pretationem reiiciant, vt in peculiari
titulo in volum. constitutionum sub ti-
tulo, *de interpretar constitutiones*, consti.
1. 2. & 3. & sic tantum disponunt, quã
tum loquuntur, iuxta Bald. doctrinam in
l. si testamentum, C. de testam. quæ re-
fert Ias. in l. quæ de legato, nu. 28. de
legat. 1. ¶ quamuis enim lex correcto-
ria extendatur ad casus similes, quan-
do ratio militat in similibus, vt per gl.
in cap. 1. de tempo. appellatio. & licet
iura exceptiua extendantur ad similia,
vt in cap. cum dilecta, §. nos igitur vbi
expresso hunc articulum per illum
textum tractant Abb. & Deci. de con-
firmã. vtil. vel. innutil. & per Iaso. in l.
Gallus in prin. n. 60. de liber. & posth.
Rippa in l. 1. §. si is qui num. 6. ad Tre-
bel. & in l. si constante, num. 78. solut.
matrimo. & per alios cumulos per
Barbos. in d. l. si constante, n. 94. in prin.
solut. matri. hoc tamen non procedit
quoties viget statutum prohibens in-
terpretationem, vt per Rippã in d. l. si
constante solut. matr. n. 67. & 83. Eue-
rar. loco a contrario sensu membro pri-
mo fal. 2. vt in nostro Principatu per
supra memoratas constitutiones 1. 2.
& 3. de interpretatione constitutio-
num, quarum constitutionum obseruã-
tia ¶ urgente in lege correctoria non
comprehenduntur casus similes, &
equiparati; etiam ex identitate ratio-
nis, & hoc est, quod autoritate Calici
in extrauaga. curriar. cap. 71. nume.

91. & Anto. Oliban. de iure fisci. cap. 1.
n. 19. firmauerat Cancr. lib. 3. variar.
tit. de priuileg. nu. 62. cum seqq. alle-
rens, per dictas constitutiones fuisse
prohibitum in hoc Principatu domi-
no Regi (salua semper sua benignita-
te, & Regia clementia & intelligendo
via directiua) & iudicibus omnibus Su-
premis, facultate Regia fulcritis, simi-
lem interpretationem extensiuam fa-
cere, licet declaratoria interpretatio
permissa sit cuilibet iudici, de qua non
loqui constitutiones memoratas docte
affirmauerat idem Cancr. Ex ¶
quo enim extendendo, nouam face-
rent legem ad casum non expressum,
& condere leges in hoc Principatu,
non liceat absque forma in constitu-
tione, *de celebrã Cortis*, assignata, ideo
non erit licita extensio, ex regula quæ
habet, quod prohibito actu, censeatur
omnia prohibita, per quæ peruenitur
ad ipsum prohibitũ, vt in l. Oratio de
spõsalibus cum simil. Prohibita ¶ enim
interpretatione, intelligitur de exten-
siua, non de comprehensiua, vt per
Ioan. Nicolaum in repetitione l. gene-
raliter, numer. 37. C. de secun. nup-
tj Cur. Iunior. consil. 67. numer. 7.
Anton. Gabr. in suis conclus. tit. de se-
cund. nup. conclus. 5. numer. 5. & sic
est intelligenda doctrina Bart. in l. om-
nes populi, numer. 65. aprobata per la-
so. Crot. & alios adductos per Menoh.
de adipiscend. remed. 4. numer. 226.
& Portol. ad Molin. verbo forus num.
17. qua docemur, prohibita interpre-
tatione, solũ intelligi de friuola, vt in-
telligatur de friuola intrinseca, & in-
tellectuali, secus de extrinseca quæ cẽ-
setur per statutum exclusã, nedũ pro-
babilis, sed etiã friuola, vt per Barba-
tiã. in l. cum acutissimi, n. 167. C. de fi-
dei. Meno. d. remed. 4. n. 227. vnde cũ
in casu nrã cõstitutionis, si illi⁹ disposi-
tio expressè nõ disponeret in matre, &
solũ in patre allocuta fuisset, & ad ma-
trẽ praheremus, sequeatur, q. nouã cõ-
deremus legem, & interpretationem
extensiuã admitteremus, ne igitur, hoc

inconueniens sequatur dicendum est, quod si non fuisset locuta de matre, de illa non posset intelligi. † Iuuatur etiā hęc eadem sententia, ex illa obseruatione Iacob. Calicij in suo directorio pacis dubio 4. penul. col. ver. sed certe, asserens: quod quoties de iure communi aliquid reperitur dispositum, & lex municipalis in illa materia aliud disponit, nunquam præsumitur de legislatore nouo, velle recedere a iure communi, nisi in quantum expressè disponit; secus vero est quando non expressè reperitur cautum & prouisum de iure communi, sed per interpretationem; cum igitur in casu nostræ constitutionis, si non fuisset locuta in matre, ex quo de iure communi casus matris esset præuentus, quo atento, filio defuncto, mater sola succederet, vt in authentica defuncto ad Tertilia, non esset præsumendum legislatorem de illa loqui & intelligi voluisse, si specialiter de illa non disponderet, merito igitur firmamus, non esse intelligendam constitutionem nostram de matre, nec de matre, nisi in quantum de vnoquoque eorum locuta fuit, † Cum aliàs præsumamus, mentem fuisse Principis (in casu omisso) vt succedatur seruato ordine iuris communis, si matris casus non esset præuentus.

38 Conferunt etiam ad hęc quæ discutimur cumulatim p Gutier. in pract. lib. 2. q. 7. vbi agens de materia l. 5. tit. 1. lib. 5. noue collectionis regie qua cauetur q̄ marito nubenti cum alia vxore prima viua, infligatur pena, vt ferro candenti imprimatur in fronte litera, Q. vtrum habeat locum in vxore nubenti cum alio viro (primo non dum mortuo) & resoluit negatiuè, non obstante correlatione, & idem tenet Couarruu. in 4. de sponsa. 2. par. cap. 7. numer. 7. Gom. l. 80. Taur. numer. 27. Matien. in dict. l. 5. glof. 4. numer. 1. & de veritate huius conclusionis, habemus exemplum in Cathalonia; nam † in finalibus verbis nostræ constitutionis, cauetur per Regem Petrum Ter-

tium illius authorem, quod quis pater tit. institutionis non relinquat bona filiis, sed tit. legati, vel quocūq; alio relicti, non per hoc testamentum paternū sit irritū, vel nullum (vt nos latius dicemus in glosa, finali) stante igitur supra dicta traditione, de correlatiuis, similibus, vel equiparatis, esset dicendum, q̄ ex quo testamentū parentū non sit irritum, ex quo non titulo institutionis relinquitur filiis portionem iuræ naturæ debitam, sic etiam non debeat dici nullum testamentū filiorū, in quo titulo tantum legati, parentibus suam portionem (ex comuni voto debitam) relinquunt: sed tamen cum non sufficeret dispositum in vno ex correlatiuis, vt ad alium extenderetur, statim in Curijs celebratis Dertursæ anno 1365. cap. 1. incipien. Primerament, per Reginam Eleonorā fuit dispositum, testamenta filiorum non carere firmitate, etiam si titulo institutionis parentibus non relinquant; quod disponere nō esset necesse, si dispositum in vno ex correlatiuis, ad aliū possit trahi; nō igitur est verū axioma supra traditū ita generaliter, vt dispositum in vno ex correlatiuis, censetur etiam, & in alio dispositum.

Sed vt quiescant oñes difficultates, cum passim in his commentarijs tractemus, & hesitemus an sit præfens constitutio correctoria, vel exorbitans, de veritate videndum erit: an scilicet lex seu constitutio nostra sit iuris communis, correctoria, eiusdem ve limitatoria, aut exorbitans. † Et quamuis Ripa in l. si constante solut. matrimo. numer. 78. Menoch. de recupera. posces. remed. 1. n. 20. & remed. 14. n. 13. firment exorbitare, corrigere, & limitare, idem & vnum sint; tamen si respicias ad commentaria Petri Barbofæ Lusitani, eruditissime quidem, & fundate loquentis in l. si constante solut. matrimo. in princip. numer. 91. & ante eum Iason. in eadem l. si constante numer. 72. contrarium apparebit, & differentiam inter hos terminos reperies

fuse in quam apud Barbof. discutitur taliter, quod sine transcriptionis vitio nobis non licet alia connectere in præfentiarum; solum dicam † legem nostram seu constitutionem dici exorbitantem, cum lex exorbitans dicatur illa, quando id quod disponitur in lege noua, sub verbis, & ratione regulæ generalis iuris communis continetur, sed ob fauorem causæ, vel personæ subducitur, & detrahitur a regula (vulgo dictum) ius singulare, argumento l. ius singulare e 16. ff. de legib. notab. Alciatus lib. 7. parergo, cap. 26. & cum regulariter iura quæ non respiciunt vniuersos, sed singulares, dicantur exorbitantia, vt in l. iura 7. de legib. can. erit autem lex 4. distinct. & cum constitutio nostra sit huiusmodi, dicetur lex exorbitans; † Quod pater ratiocinando hac ratione, nam regula generalis iuris communis est, quod defuncto filio intestato sine liberis, pareres equaliter succedunt filio, vt in authentica defuncto ad Tertilia. & in corpore vnde sumitur (seruata gradus perrogatiua) nulla habita distinctione, siue impuberes filij defuncti fuerint, siue puberes, vel maiores 25. annorum, dummodo filios non habeant, quorum causa possit esse potentior; nulla etiam habita differentia vnde bona deueniant: † Ratio etiam ob quam successione leges parentibus deferunt fuit, in solatium suæ tristitiæ, vt in l. vna. in fin. C. de his qui ante apert. Tabul. docet Iustinia in §. consequens in vers. cū enim, in authentico de heredita. ab intesta. venien. colla. 9. quod illustrauit doctissimè Reguelli in annotationibus ad Iustinianum in cap. quo agit de dicta authentica defuncto: atqui † omne id quod disponitur in hac constitutione nostra, continetur sub verbis generalibus regulæ dicte authentice defuncto ad Tertilianum; continetur etiam sub ratione ob quam deferuntur bona defunctorum filiorum parentibus superstitibus: igitur cum detrahantur a regula, & a verbis generalibus, & a ratio

ne prædicta in hac nra constitutione filij impuberes, ob fauorē particularem vel ob certam causam, hoc erit a regulis iuris exorbitare. † Quod autē sub verbis generalibus comprehendatur impuberes in regula dicte authentice, nō erit difficilis probationis, cum genus illud nominis filiorū (quod videtur dicta authentica) aptū sit comprehendere, masculos & feminas, puberes & impuberes, nepres & p̄nepres, &c. vt in l. filiorū 220. de verb. signif. Quo ad rationē patet, expēdendo constitutionē primam sub hac rubrica nra de pupi. & alijs substitutionibus; † Quæ fuit Regis Iacobi primi in Comitijs Tarraconæ, celebratis anno 1260. cap. 1. incipien. com al officij Reyal, quæ ob eandem supra dictam rationem (solacij tristitiæ filij amissi) bona impuberum parentibus defert; ratio igitur quæ mouebat legislatorem ad illam regulam generalem, iuris communis constituendam, (de qua in dicta authentica defuncto) militat etiam in casu nostræ constitutionis: igitur si sub verbis & ratione regulæ iuris communis continetur, id quod ab eadem regula per constitutionem nostram subtrahitur, ob casum particularem, sine dubio erit exorbitare; † Nō vero erit correctoria, cum correctoria tantum illa dici potest, quæ corrigit legem generalem in totum; veluti si lex nostra disponderet, quod defuncto filio ab intestato, non adiecta qualitate impuberis, neque habita ratione vnde bona deueniant, bona diuiderentur secundum formam ab eadem præscriptam: atvero disponendo solum, in impuberibus defunctis, non corrigit in totum regulam dicte authentice defuncto (cui statim si filius moriatur intestatus post quatuordecimum annum (quod erat necessarium, vt correctoria diceretur, argumento l. si quis suus 8. adiuncta l. fina. C. de repud. hered. † Neque etiam lex nostra dici potest limitatoria, cum hæc (secundum Cagnol. in l. r. numer. 22. de regul. iur. & Gammarr in tractat. extensio. num.

85. quod tradit Barbof. vbi supra numer. 92.) dicatur, quæ continetur sub sub verbis regulæ, & per aliquam iuris rationem, subducitur & detrahitur de regula, aponendo limites verbis generalibus regulæ, per aliquam iuris particularis rationem: vnde cum decisio constitutionis nostræ, quamuis limites ponat regulæ, non tamen diuersa ratione id factum est: cum ratio quæ dat successione parentibus in filijs puberibus mortuis, dæt etiam in filijs impuberibus, igitur non est limitatoria: consequens igitur est, vt dicatur constitutio nostra exorbitans. Fit igitur ex supra narratis regula certa, quod in exorbitantibus nulla admittatur extensio ex identitate, & similitudine rationis, capit. quæ a iur. de regul. iuris in 6. l. quod vero 14. ff. de legib. facit. l. 1. ad finem de constitu. Princip. in versiculo, nam quod Princeps, §. sed quod Principi placuit instituitur de iur. natural. glos. verbo. prorrogamus in cap. constitutionem de regul. iuris in 6. docet Iason. in l. si constante solut. matrimo. numer. 72. doctrina Bartol. l. maruo, §. a me numer. 2. in fin. de legat. 2. Rippa in dicta l. si constante, numer. 60. solut. matrimo. Lara de aniuersa. lib. 1. cap. 5. numer. 16. cum sequentibus de quo habemus exemplum in l. si vero 65. §. de viro, ff. solu. matrimo. † Vbi non fit extensio de marito ad socerum, & disposita in marito, negat ad socerum porrigi, quamuis videatur eadem ratio, quia dispositio illa est exorbitans a regulis iuris. Cauetur enim in l. dotalem 62. quod si maritus dotalem seruum manumiserit, contra voluntatem mulieris, & postea hæres instituat a liberto, consequitur tantum portionem vltra quartam vt patrono debitam, quam mulieri restituet; Hæc dispositio est contra regulas iuris in l. planè 97. §. fin. de leg. 1. & l. naturalis, §. fin. de præf. verbis l. nemo prædo 169. §. 1. de regu. iur. in quibus cauetur, quod ius patronatus non estimatur pecunia, cum ex illo

quis non fiat locupletior, nec confideretur vt quid estimabile pecunia, & consequenter hoc quod disponitur, vt estimetur pecunia, procedit in marito, non vero in focero cum illa, l. deuiet. & exorbitet a regulis dicte, l. plane, & l. naturalis, §. 1. de præscriptio † neq; similitudinis ratio de marito ad focerum potens est ad extensionem admittendam in exorbitantibus; sic igitur dicamus in casu proposito, cum lex nostra sit exorbitans a regulis iuris, non recipiet extensionem ex similitudine rationis, & consequenter licet pater & mater sint correlatiui, tamen si constitutio nostra de patre tantum disponeret, non posset ad matrem extendi, quia est exorbitans; etiam si maior similitudinis ratio vigeret.

Sunt tamen qui putant (& non parue eruditionis) quod quotiescumq; de iure antiquo sunt duo casus equiparati (vt in præsentis casu pater & mater) tunc lex noua corrigens in vno, censeatur in alio corrigere, vt in §. ex his in authentico de hæred. ab intest. venien. collat. 9. iuncto. §. vnico. insti. de legitima patro. tutel. vt per glos. in l. si quis seruo. C. de fur. Ripp. in l. si constante n. 69. solu. matri. Lara de aniuersa. lib. 1. c. 5. n. 16. Alcia. l. 2. n. 20. de lega. 2. & Pet. Barb. in d. l. si constante, n. 104. in fi. solu. matri. † & si hoc fit in correctorijs, multo magis in exorbitantibus, eum in correctorijs neq; ex identitate, neq; ex maiori ratione admittatur extensio, vt in l. præcipim⁹ in fin. C. de appellatio. Bar. in l. si cõstãte, n. 39. & ibi Ripa, n. 59. Barbof. alios tradēs in d. l. si cõstãte, n. 107. & licet eorū opinio non sit admissa, vt ex traditis per Ias. in l. Marcellus in prin. n. 28. ad Trebe. imo semper vera stet regula reijciens extensionem in correctorijs. † Tamē quoties in l. noua correctoria, ratio non est expressa nõ admittitur extensio ad casu equiparatum, quia potuit esse, quod legislator fuit motus aliqua ratione, quæ non vrgeret in casu equiparato; sicut contingit in casu nostræ con-

cõstitutionis, vbi nullã Rex Petrus 3. rationem assignauit, ex qua liceret ratiocinare inter equiparatos, & sic potuit esse quod ratio quæ illum moueret ad statuendum in patre, forsã non militasset in matre, si de illa non disponeret; † Si vero ratio fuisset expressa in lege illa, quæ militaret inter omnes equiparatos & correlatos, tunc admittetur extensio, & adhuc non dicemus legem extendi, sed comprehendere, vt colliges ex l. regula. l. 9. §. fina. ff. de iur. & facti ignora. glos. in cap. 1. verbo Italic. de tempor. ordina. libr. 6. Iason. in l. si stipulatus, §. Chrisogonus, numer. 38. de verbor. obligation. in authentica quas actiones, numer. 22. C. de sacro. sanct. Eccles. latè Tiraquel. in l. si vnquam verbo libertis, numer. 45. de reuoca. Rippa in l. si constante solut. matrimo. numer. 63. & esset intellectualis interpretatio, † & adhuc hoc esset intelligendum, si illi duo casus equiparati, & correlatiui essent eiusdem rationis in specie; hoc est, quod ratio fuisset vniformis: atvero si ex diuersis rationibus equipararenter, quoad certum & determinatum effectum, tunc licet ratio sit expressa in lege, corrigendo vnum non censetur corrigi in alio, sicut contingit in casu celebratissimè authentice quas actiones C. de sacro. sanct. Eccles. † Nam in casu. l. fina. C. de sacro. Eccles. ciuitas & Ecclesia fuerunt equiparate in prescribendo, vt solum aduersus vnquamque admitteretur centenaria prescriptio; hoc tamen licet fuerit per legem, (rationibus expressis) prouisum, ob diuersas tamen rationes, & non vniformes id contingit: Nam Ecclesiæ fuit concessum, vt sola centenaria prescriptio excluderetur, ob fauorem religionis, vt patet in prohemia libris verbis dict. l. finalis exordientibus, (vt inter diuinum & publicum ius, &c. Ciuitatibus vero, propter publicam utilitatem, & sic intrando postea dispositio authentice quas actiones, & corrigendo in capite Ecclesiarum, & mo-

dificando prescriptionem ad quadraginta annos, (salua Romana Ecclesia) non censetur corrigere in capite ciuitatum, quod ad quas, dispositum in dicta l. fina. de centenaria prescriptione, remanet illesum & incorruptum; cum fuerit inductum ob diuersam rationem. † Et adhuc hodie, in illis tribus casibus scilicet in venditione, donatione, & hereditaria successione, de quibus in dict. l. fina. non currit aduersus ciuitatem prescriptio, nisi centenaria, vt est glos. recepta, in dict. authentica, quas actiones verbo excludentur circa medium Rippa in dict. l. si constante, numer. 63. vbi ante cum Crot. numer. 47. Alciat. numer. 2. de verb. significatione, Pinel. l. 1. part. 1. numer. 68. de bon. maternis Burgos. de Paz l. 3. Taur. 2. parte numer. 46, 79. & 92. alios cumulat Ceuallos contra cõmunes, quæst. 49. lib. 1. & post eos Barbof. l. si constante, numer. 106. solut. matrimo. non omitendus Cald. Perei. de nomina enphiteu. lib. 6. numer. 8. † Sed quia materia authentice quas actiones ad manus venit, libet aliqua in medium proferre, & in primis, cum paradoxum sit, an dicta lex finalis fuerit & remanserit in totum correctã, per dictam authenticam quas actiones de huius dubitationis veritate placet in primis agere, pro quo est aduertendum; † Quod iura ciuitatum & Ecclesiarum, per quadraginta annos regulariter prescribuntur, l. omnes 4. ibi; (Nullumque ius priuatum, vel publicum in quacunque causa, vel persona, C. de prescriptio. triginta, vel quadraginta anno. cuiusquidem legis verba cum generalia sint, comprehendunt etiam actiones Ecclesijs competentes cum hæc in specie non reperiuntur priuilegiatæ a regula dicte l. omnes, argumento text. in l. in fraudem 16. §. fina. de milita. testam. & eorum quæ cumulauit Deci. consil. 301. & cum dicta l. fina. C. de sacro. sanct. Ecclesi. sit posterior omnibus, est certum quod illam corrigit, vel saltem

limitat, non in generalitate, ſed in tribus illis caſibus ſuper quibus diſponit: ¶ Aduertas etiam quod lex noua, & recens correctoria, vel limitatoria, non dicitur talis, reſpectu legis antiquæ, loquentis in caſu ſpeciali, iuxta traditionem glo. communiter approbatam in l. ſciendum, ff. qui ſatis cogantur latè Deci. in d. con. 301. his igitur præambulis ſic conſideratis, diceremus ¶ autenticam quas actiones, ſi non excepſet Eccleſiam Romanam, nec in Eccleſia, nec in ciuitate legem ſinalem corrigeret, ex quo tantum diſpoſuit, in illis tribus caſibus ſpecialibus, ſcilicet in hæreditaria ſucceſſione, donatione, & venditione; at uero excipiendo Eccleſiam Romanam, uidetur e contrario in nuere, quod in alijs Eccleſijs, admittatur præſcriptio. 40. anno. per regulam traditam in l. nam quod liquide 4. §. ſina. ver. ſi cui pœnus de pœnu. legat. l. ius ſingulare 16. de legib. latè & doctè Couarru. lib. 2. var. c. 5. n. 5.

63 Et ſic inferitur, quod ſi dicta autentica quas actiones ſimpliciter diſponeret, quod actiones Eccleſijs competentes præſcriberentur ſpatio 40. anno. non exinde diceremus correctam dictam legem ſinalem, loquentem in illis tribus ſpecialibus caſibus, in quibus incorrecta remaneret, cum numquam præſumi poſſit de lege noua corrigente, uelle de ſpecialitate legis antiquæ diſponere, niſi in quantum de illa ſpecialitate alloquitur; Et ¶ ſit etiam ex his, quod tunc demum lex noua, & recens corrigit legem veterem in caſu ſpeciali, quando conſtat de expreſſa mente legis recentis, & uolentis caſum ſpecialeſ corrigere, ſicut contingit in autentica quas actiones, ubi per ſolam illam exceptionem de Eccleſia Romana, colligitur mentem legiſlatoris fuiſſe, corrigere in Eccleſijs legem antiquam etiam in caſibus ſpecialibus, & ex quo corrigit in Eccleſia per exceptionem, non uidetur uelle corrigere in ciuitate, expreſſet utique, ſi uoluiffet, ſicut expreſſit de Ec-

cleſia Romana, ut colliges ex Couarru. uia regul. poſſeſſor. §. 2. de regul. iuris, numer. 9. quamuis contrarium defendat Boer. deciſion. 264. numer. 22.

65 Et vnum notabile infero ex d. l. ſina. iuncta authentica quas actiones immediate conſcripta, quod Princeps ſecularis, poteſt facere legem auferentem ab Eccleſijs & pijs locis, vel Religioſis, priuilegia & immunitates per alias ſimiles leges (ab eis condita) conceſſa, & inducta, dummodo non ſint conceſſa per modum priuilegij, ſed per modum legis, ut per laſon. in l. non amplius, §. 1. de legat. 1. numer. 8. & 9. Anton. Gabr. tit. de donatio. conſul. 7. Ti. raquel. in tract. de priuileg. pie cauſ. prin. 159. faciunt quæ notant laſon. & Deci. ille. numer. 6. iſte. numer. 4. in l. traditionibus, C. de pact. & facit text. ſecundum ponderationem Bald. ibi in l. ſi quis curialis 12. C. de Epico. & clericis ¶ Et ſic quamuis laici nequeant ſtatuta & ordinationes facere, auferentes vel auferentia a clericis beneficia eiſdem competentia ex priuilegio, vel iure communi, iuxta tradita & cumulata per Ripam in l. filius familias, §. Diui numer. 80. de legat. 1. poſſunt tamen laici ſtatuta condere, & condita reuocare in utilitatem, & fauorem eccleſiarum, quod colligitur ex dicta l. ſina. C. de ſacro. ſanct. ecclieſ. ubi Princeps ſecularis legem condidit in fauorem Eccleſiarum, ut aduertus eas ſolum præſcriptio centenaria procederet, quam legem reuocauit in dict. authentica quas actiones, ubi præſcriptionem quadragenariam ſufficere idem Princeps ſecularis ſtatuit. ¶ Et plus vnum illud eſt, quod Romanus Pontifex, non poteſt a laicis hanc facultatem præſcribendi per 40. annos aduerſus Eccleſias auferre, & ſi de facto per Pontificem concedantur, ut aliquando factum fuiſſe & uidiſſe teſtatur Balbus de præſcriptio. q. 1. §. p. hoc tantum efficacem producit effectum, in ſubditis laicis Romano Pontifici, in terris

terris nempe, quarum temporalitas ad Pontificem expectat, in laicis uero nõ ſubditis Pontifici, niſi fuerit per Principem ſecularem conſirmatum, contra erit tenendum; Et ¶ quando de facto Pontifex concedit talem prerogatiua ſeu immunitate, præſumitur obſeruantiam ſtaturi ſeu legis dirigere ſuis, & non alienis ſubditis, cum omnis diſpoſitio, reguletur a poteſtate diſponentis l. Lutus. 2 1. §. ſina. ff. ad municipal. c. a nobis de ſenten. excomu; & ſic de facto conſultus reſpondi, ad intelligentiam ¶ Et materiam conſtitutionis noſtre incipientis *primerament*, quæ fuit Regis Ferdinandi ſecundi in curia Bart. celebrata ſub anno. 1481. c. 1. hodie ſub rit. de arbitris conſtitutione 5. qua Cauetur quod a ſententia confirmatoria arbitralis ſententiæ, non liceat condemnato appellare, ſupplicare, nec Beneficio reſtitutionis in integrum iuari, aduerſus dictam confirmatoriam ſententiam; ut dicta conſtitutio tantum laicos comprehendat, non uero clericos, coram ſeculari litigantes: intelligo litigantes per modum compromiſſi, ueluti ſi duo Clerici in laicum compromitterent; nam cum dicta conſtitutio generaliter loquatur, uenit tamen regulanda a poteſtate legiſlatoris, qui non potuit non ſubditos ligare, nec de eo præſumimus uelle aliud facere, niſi quod de iure facere potuit argumẽto l. Lutus in ſi. ad municipal; Ne ¶ aliàs diceremus poſſe iudicem uel Principem ſecularem, ordinationes contra libertatem Eccleſiæ condere contra tex. cum materia in c. Eccleſiæ Sante mariæ de Conſti. ubi late Deci. n. 3. & 50. Couar. in practi. c. 8. n. 5. & conſequenter, præſata conſtitutio. 5. tam ex defectu poteſtatis, quam uoluntatis, Clericos non comprehendit coram ſeculari litigantes, elegans fuit doctrina Bart. ad prædicta in l. ſi quis ſub conditione. ff. de condit. inſtitu. ¶ Vnum etiam aliud aduertus ad illam conſtitutionem. 5. ſub rit. de Arbitris de qua etiam locutus

fuit Iacob. Cancer. lib. 3. varia. c. 17. n. 256. poſt Michaellem cognominis noſtri. 3. parte obſerua. c. 344. quæ quidem conſtitutio duo membra cõtinet in quorum ultimo Cauetur, quod a ſententia confirmatoria ſententiæ arbitralis, nõ liceat appellare, nec ſupplicare, neque per Beneficium reſtitutionis in integrum audiatur ſuccumbens, & condemnatus; igitur in primo membro conſtitutionis, ſcilicet quod ſententiæ arbitrales executioni demandentur, nõ obſtante appellatiõne, ſupplicatione & reſuſu, cum reſtitutio in integrum non ſit excluſa, ſicut in ſecunda parte conſtitutionis ¶ Sine dubio condemnatus poterit reſtitui nam ſi conſtitutio de negare illam uellet, utiq; expreſſiſſet in ſecunda parte, argumento tex. in l. vnica. §. ſina. autem ad deficientis C. de Cadu. tole. faciunt adducta per laſon. in l. poſt quam liti. C. de pact. Hieron. Zanchus in l. heredes mei. §. cum ita. 4. parte n. 313. Mant. de coniectu. lib. 3. tit. 19. n. 15. late Bouadill. ſua politica. lib. 3. c. 7. n. 51. Suar. allega. 3. n. 13.

73 Inferas etiam demum in hac materia abdicandi & auferendi per ſtatuta Pontificia facultatem iudicibus ſecularibus tributem, quod cum iudices ſeculares facultatem & licentiam habeant extrahendi delinquentes ſine immunitatis uiolatione ex domibus priuatis Clericorum, quæ de iure communi immunitatem vllam habent, ut notat alijs adductis Remigius Gonni. de immunita. Eccleſi. ampliatiõne 16. fol. mihi 89. latè Couar. varia. c. 20. num. 4. cum ſeqq. Tiber. Decian. in tract. criminal. lib. 2. part. 2. ca. 25. num. 15. cum ſeqq. non poterit Romanus Pontifex auferre hanc facultatem extrahendi delinquentes, e domibus prædictis, concedendo eiſdem immunitatem ¶ beneficia enim laicis tributa & conceſſa, per ius canonicum uel ciuile, quæ ſine lapſu peccati obſeruari queunt, non poſſunt per Pontificem tolli, niſi fuiſſet per clericos præſcriptum

criptum, per legitimum Cursum temporis, sic etiam ex supradictis obseruandum erit, quod si Romanus Pontifex cum priuilegio particulari, religiosis vel monachis Concedit facultatem, & immunitatem non soluendi decimas, ex suis pradijs asquiritis & acquirendis, hoc priuilegium non astringet laicum, ad quem exigere decimas iure proprio (vt laicum) pertinet, ex defectu potestatis concedentis, nec comprahendit Clericos dominos decimarum, qui non vt Clerici, sed vt laici decimas habent, ex dictis per Felin. in c. quæ in Ecclesiarum n. 30. de Constitu. Et in his terminis est intelligenda constit. nostra. Cathalonie edita in comitijs montifoni Celebratis anno. 1542. c. 53. prima in ordine sub. tit. de decimis de qua re & constitutionis legitimitate videndus Soto. de iusti. & iur. lib. 9. q. 4. arti. 4. & hæc satis in hac materia, cuius occasione extra chorum saltauimus propter illius frequentiam, & quia omnia quæ sub glo. 4. tradidimus, conferunt circa materiam huius glofæ. ideo faciliter cum solo prænarratorum tractatu contentamur. Sed tamen quia ibi prætermisimus articulum tractare, nõ minime utilitatis, illum huic adnectere libet, quem non potui silentio inuoluere.

Articulus erit, num si mater legitimasset filium, vel potius auuculus matris frater, ob cuius legitimationem factus sit cognatus impuberi, in primo vel tertio gradu, sit iste legitimatus, legitimus successor impuberis, ad terminos constitutionis nostre, tam ad succedendum, si solus sit de perse, quam ad excludendum alios cognatos proximiores (intellige dubium propositum, in qualibet specie legitimationis, siue sit per subsequens matrimonium, quæ minus difficultatis habet, attenda regula tex. in c. tanta es vis matrimonij. 6. qui fil. sint legitimi siue sit per principis rescriptum Et siue sit per oblationem curiæ, siue per patris nominationem, vtriusq; enim legitimitatio

nes inuenies in iure approbatas, sicut enim ius Pontificium (tanquam proprium iudicium in causa matrimoniali) illam legitimationem approbauit in d. c. tanta est vis, ita etiam Imperator indroduxit legitimationem per rescriptum in §. reliqui, in authentico quib. mod. natu. effici. sui colla. 8. induxitq; similiter legitimationem per oblationem curiæ in §. & quoniam in authentico quib. mod. natu. effici. sui & tandem legitimationem per patris nominationem autorisauit in authentica si quis liberos C. de natural. libe. De legitimatis per oblationem curiæ, agit Roderi. Xuar. in l. quoniam in prioribus C. de inoffi. testa. ampli. 10. n. 63. materiam quæ omnium legitimationum agens, & de singulis earum speciebus attingit ex Recentioribus. Alex. Trentalin. varia. resolutio. lib. primo tit. de legitimatione per totas illas quatuor resolutiones, per singulas illas resolutiones, singulam speciem enodando, post eum Peregrin. de fideicom. arti. 23. & 24. omitto Tiraquellum, Emanuel. Acost. Couarru. Spin. & alios, per supradictos recensitos & allegatos, perfunctorie agentes, & materiam legitimationum pertractantes, & post hos omnes Ioannes de Monte Alegre. lib. 2. praxis civilis de exercitio. practica. actio. C. 1. §. 3. 4. & 5. Et de legitimatis namq; per subsequens matrimonio. referit sine controuersia, plus enim iuris istos quam ceteros assequi constat, per cumulata per Peregrin. vbi supra art. 24. n. 2. post Tiraquellum de iure primogen. q. 34. nu. 54. Octauia. decis. pede. 179. nu. 79. Ioannes de Monte Alegre vbi sup. §. 3. n. 3. Cerua. l. 12. Tau. nu. 19. Et de his enim nulla hæsitandi ratio suboriri potest, quo minus ad successiones non admittantur, admittuntur etenim ad omnes leges & iuris largitiones, & ad omnia ministeria, in quibus legitimi & naturales ex legitimo matrimonio nati, admitti solent, Bald. con. 319. lib. 3. Sfort. Odd. in tract. de cõpendios. part. 6. c. fina.

fina. in princip. Peregrin. de fideicom. arti. 24. n. 13. Ioan. de Monte Alegre vbi supra §. 3. n. 5. post Rip. in l. ex facto. §. si quis rogatus. n. 47. ad Trebel. & Couar. ad quartum. 2. parte. c. 8. §. 2. n. 26. & 30. Et eandem regulam obseruabis in legitimatis per rescriptum Principis, oblationem curiæ, & patris nominationem, vt in supradictis. §. §. autenticorum habetur, & probat. l. fina. ff. de natalib. restituen. c. 2. de Clan desti. desponsatio. notat Bart. in l. 2. n. 10. de vulgar. & in l. Gallus. §. & quid si tantum vbi omnes de liber. & posthum. Rojas in Epithom. succes. c. 23. n. 102. idem Barto. in l. si is qui pro emptore. n. 30. & 31. de vsucapion. vbi Bologn. n. 247. Bal. quem sequitur Socin. in d. §. si eius, sub. n. 5. vbi Alciat. in d. n. 39. l. Gallus de liber. & posthum. Et legitimum enim a vero legitimo, in nihilo differri reperies, in successioneibus legalibus, vt colliges ex §. si quis ergo & in §. filium in authentico. quibus mod. natura. effici. sui Alex. con. 188. n. 16. cum seqq. Gosadin. con. 48. n. 11. Socin. con. 63. n. 17. & tenent supradicti mox citati, & alij quos cumulat Ioan. de Monte Alegre vbi supra §. 4. nu. 4. quibus adde Surdum (quem ferè semper sequor post quam vidi Rotam Romanam in decisionibus suis recentissimis, non dedignari toties quoties occasio occurrit illum scitare sequi & approbare) is enim con. 303. nu. 5. volum. 3. Don Francis del Castillo. decis. 70. n. 12. Ioannes de Monte Alegre lib. 2. de Exerci. pract. action. cap. 1. §. 3. num. 5. nec mirum cum Et legitimitati de linea contentiua dincantur testatoris, vt per Barbariam con. 27. lib. prim. latè Rosell. in tract. de legitimatione part. 1. nu. 24. Curti. con. 83. nu. 8. Ruin. con. 98. n. 21 & con. 38. n. 5. lib. 3. Cephal. con. 186. n. 70. Castill. vbi sup. n. 14. Et habeatq; tandem iura agnationis, & cognationis, actiua & passiuæ, succedendo agnatis, & cognatis, & patri & matri legitimantium §. reliqui, §. si quis ergo

& §. qua propter in authentico. quib. mod. natura. effici. sui colla. 7. & in §. illud eod. §. sit igitur in authentico. quib. mod. natura. effici. legitimi. eis quæ, per alios agnatos succeditur ex doctrina Bart. in §. tribus & §. qualiter nu. 5. in authentico. quib. mod. natur. effici. sui Abb. & Butr. in cap. per venerabilem qui fil. sint legitimi. las. in l. si his qui pro emptore de vsucapio. nu. 235. & 241. & 278. Couar. ad quartum 2. parte. c. 8. §. 10. n. 2. Deci. con. 307. n. 13. Rossell. in tracta. de legitimatione in c. de legitimationis effectu. n. 14. Testau. decis. 84. n. 2. Gom. l. 12. Tau. n. 69. Rod. Xuar. in l. quoniam in prioribus limita. 12. Rojas in Epithom. succes. c. 23. nu. 49. Ioan. de Monte Alegre lib. 1. in exercitio practica. actio. c. 1. lib. 2. §. 3. n. 3. si igitur verum probamus, legitimum dici de linea, iura quæ agnationis & cognationis in eo reperiri, in nullis quæ differri à legitimis, & constitutio nostra defferat successione agnatis, seu cognatis suo casu, & tempore, & vocat de linea, quid est quod hæsitemus, an sit legitimatus admittendus ad successione impuberis? dummodo sit intra quartum agnationis seu cognationis gradum.

Et his atentis fratrem legitimatum, fratri suo legitimo & naturali, ex eodem patre, vel ex eadem matre legitimanti succedere, tenent Bart. in §. si vero his in authentico. quib. mod. natu. effici. sui quem sequitur Xuar. in l. quoniam in prioribus in declaratione leg. regni nu. 2. Circa medium versu. præterea in tantum C. de inoffi. quod idè videtur sentire Couar. ad quartum 2. parte c. 8. §. 10. nu. 2. Alexand. Trentalin. lib. 2. varia. resolutio. tit. de legitimatione resolu. 2. n. 28. & tenent omnes cõmendantes l. 12. Tau. signanter Fernand. Cifuent. & Ceruantes. Et tametsi videas Angel. & alios contrariam firmasse sententiam, quos loqui intelligas, in legitimatis per oblationem curiæ, solummodo quoad personam legitimantem successione habentibus, pro vt sic

87 sic illos loqui intellexit Xuar. vbi supra, & quamvis dubium sit formatum simpliciter in legitimatis, nullo adhibito discrimine, siue per subsequens matrimonium, siue per rescriptum, siue per oblationem curia; tamen successione quam damus legitimatis in casu nostre constitutionis, intelligimus secundum terminos iuris communis, hoc est de illis legitimatis intelligendo, quibus ius comune successione defert, regulando ab eo constitutionem nostram, per quam cum sit casus omissus, remanebit in dispositione iuris comunis †: Non quod diffiteamur, magna discrimina inter relatos legitimandi modos reperiri; quae recencet Peregrin. de fideicom. arti. 24. a n. 1. decem cumulando, quo ad vero successione intestatam, puto nullum versari discrimen. nec mirum, † Cum legitimatus (altero ex modis supra enarratis) efficiatur suus haeres & necessarius patri legitimanti, not. Ias. in rub. de liber. & posthum. n. 17. Tirq. l. si vnquam verbo *susceperit liberos* n. 64. Couar. ad quartum. 2. parte. c. 8. §. 8. n. 2. & fuit originaliter sententia Bal. in l. eam quam. C. de fideicom. Gom. l. Tau. 12. n. 66. vbi Tell. Fern. n. 21. Angulo de melioratio. l. 11. glo. 9. Matie. l. 10. tit. 8. lib. 5. glo. 3. n. 2. & in rub. l. 1. tit. 1. lib. 5. post Rippam in l. si vnquam C. de reuocan. dona. n. 86. † Imo si Credimus Lud. Rom. in l. qui se patris. n. 83. ver. in quantum superius C. vnde liber. cum maiori, & concludenti tiori titulo. dici & cognominari poterit haeres necessarius legitimatus, quam vere legitimus, cum hic habeat Beneficium abstinendi a iure Pratorio inductum ad hereditatem paternam, vt docent nobis rudimenta iustiniana in §. sed his permittit praetor, insti. de haered. qualita de cuius inductionis ratione ad simile abstinendi Beneficium plura Anton. Pichar. ex Gabriel. Enriq. in §. sui autem insti. eod. n. 24. † Quod secus in legitimo, quem non habere Beneficium abstinendi te

net ibi Romani per tex. in §. quonia in authen. quib. mod. natu. effi. sui colla. 7. & sic post legitimationem fit ad eo necessarius haeres patri legitimatori, quod siue velit siue nolit, astringitur ad agnoscendam hereditatem paternam, sicut filius legitimus & naturalis astringebatur pandectarum iure, quam obseruationem extollit Roma. cum sequendo Roder. Xuar. in l. quoniam in prioribus amplia. 10. numer. 63. † Quod maiori cum ratione & nos, omnes quae Gotholanicum solum commorantes sequi & obseruari astringimur, ex quo libenter fatetur Ludo. Rom. vbi supra didicisse a quodam Cathalano, dum ex Perusio Romaniter faceret cum eo, asserenti filium naturale institutum a patre, & monasterium ingressum, non habere Beneficium abstinendi, neque esse locum in eo edicto successorio, ex quo per ingressum monasterij fuit legitimatus, ad similitudinem legitimationis per oblationem curia; vt quae madmodum per Curia; terrenalis oblationem, fiat congruae legitimationis, haec quae pariat illos effectus non abstinendi; sic Etiam † per curia; Celestis oblationem, quae consequitur per ingressum religionis, in casu quo filius naturalis instituetur haeres, sub illa expressa conditione *si monasterium ingrediatur* ex equiparatione illa de qua in l. fina. C. de Sacro. Sanct. Eccles. doctrin. Bal. in l. 1. C. de Sacro. Eccles. si igitur eminentia. illa Ludouici Roman. non de dignatur fateri edicisse a quodam nostri Principatus, huncque sibi docuisse hanc veritatem, quanto igitur magis & nos, arctiori vinculo cogemur firmare, cum Romano, & Roder. Xuar. Monachum naturale, non habere Beneficium abstinendi, tanquam legitimatum per oblationem Curia; Celestis † & vt vno verbo dicatur, legitimatum quo ad omnes iuris effectus legitimatum dici, in nihiloque a legitimis differri dict. cap. tanta est vis qui fill. sint legitim l. cum quis. 9. de natural. liber. §. reliqui in authen. quib.

94 quib. mod. natur. effi. sui Deci. in c. cum in cunctis n. 11. de Election. Ripp. in l. si vnquam C. de reuoc. n. 86. & in l. ex facto. n. 47. ad Trebel. Couar. ad quartum. 2. parte. c. 8. §. 2. n. 26. & 30. † Et sic si legitimatur post factum testamentum, tanquam agnoscendo, rumpit patris legitimantis testamentum Ias. in l. qui se patris C. vnde liber. n. 15. Bal. l. filius a patre. §. 1. de lib. & post. & Bar. in l. Gallus. §. quod si tantum Rip. in l. ex facto. n. 48. de vulgar. Tefau. decif. 84. Trantasi. vbi supra resolu. 1. num. 26.

95 Et consequenter dici solet, legitimatum habere omnia remedia contra testamentum paternam, a iure inducta, in fauorem filiorum legitimorum & naturalium vt in §. dubitatum in fin. in authentico de incest. nup. colla. 2. Barto. in §. si quis igitur. n. 16. in authentico quib. mod. natu. effi. sui Bal. in l. cum adoptiuus. n. 5. C. de adoptio. Ias. in l. si his qui pro emptore. nu. 236. de vsucapion. Affic. decif. 195. n. 6. Tirq. l. si vnquam verbo *susceperit liberos*. n. 64. C. de reuocan. dona. Suar. in l. quoniam in prioribus limita. 2. Coua. ad quartum. 2. parte. c. 8. §. 8. n. 2. Gom. Cifuen. & Roial. adducti cum alijs per Ioan. de Monte. Alegre. vbi supra §. 4. n. 45. † Et sic non mireris si affirmatum apud doctores reperias, & comuniter apud interpretes obseruatum, in casu fidei commissi ab homine ordinati, & in expressa conditione *si sine liberis*, legitimatum comprehendendi, illudque facere deficere conditionem *si sine liberis* ad exclusionem substituti, Aretinus fuit primus huius sententiae auctor scitatus per Ioan. Andre. ad specula. de successio. ab intest. in fin. quem secuntur Alexan. in l. ex facto. §. si quis Rogatus. n. 17. Ias. in l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. n. 7. & in l. 1. C. de iur. emphiteu. n. 204. Tirq. in l. si vnquam verbo *susceperit liberos* n. 49. Bursa. qui praedicat comunem con. primo. n. 30. & Rolan. a vall. con. 83. n. 19. & con. 67. volu. 3. Sfor. Odd. in tracta. de con-

pendio. par. 6. Bal. in l. cum acutissimi n. 7. de fideico. Ripp. in l. ex facto. §. si quis Rogatus n. 44. ad Trebel. Couar. de sponia. 2. parte. c. 8. §. 9. n. 8. ex recentioribus Roial. in epitom. success. c. 23. n. 88. Molin. de primogen. lib. 3. c. 3. n. 2. Mantie. de coniectur. lib. 1. tit. 10. n. 9. Micha. Cras. alios cumulans recep. sententia. §. fideico. q. 38. n. 2. Menoch. praef. 81. lib. 4. Acoit. c. si. Patet verbo si *asq; liberis* n. 49. cum seqque. Tefau. decif. 196. Ceruan. l. 12. Tau. n. 52. Peregr. de fideico. arti. 23. n. 37. & 39. & fere per totum Alexan. Trenta. lib. 1. varia. tit. de legitimatione resolu. prima n. 28. Ias. Ioan. de Monte. Alegre vbi supra §. 4. n. 24. vbi extendit ad omnes modos quibus filij vocantur, siue cum conditione *si sine liberis* siue *sine filijs legitimis* vel *sine filijs legitimis & naturalibus*, & tam legitimatis per rescriptum, vt ibi, quam de legitimatis per subsequens matrimonium vt in §. antecedenti sub. n. 15. cum sequentibus; † Comprahenditur quae similiter sub statutis loquentibus de vere legitimis & naturalibus Peregrin. vbi supra arti. 23. n. 28. vbi pluribus illustrat exemplis, & n. 30. & 40. similiter & legitimatus, in materia retractus, † Retrahit vt agnatus, cognatus, vel de linea, genere, vel auolatio, cui competit (vel ex conuentione, vel ex lege seu statuto) ius retrahendi Aflic. in tracta. prothomiseos ver. ite que ro Tirq. de vtroq. retractu §. 1. glo. 8. n. 12. Couar. ad quartum. 2. parte. c. 8. §. 10. n. 3. Roias. in epitom. success. c. 23. n. 101. Ioan. de Monte. Alegre. vbi supra §. 4. n. 24. vbi alios scitatur; si igitur habet legitimatus omnes prerogatiuas legitimis & naturalibus, retrahendo rumpendo parentum testamentum, excludendo substitutum vocatum sub conditione *si sine liberis legitimis* & naturalibus; quid mirum si eundem admittamus in casu constitutionis nostre, ad succedendum impuberis; admittamusque similiter consanguineos ex parte legitimatoris, ad succedendum

dum impuberi legitimo.
 99 Nec officit dicere constitutionem nostram a regulis iuris comunis exorbitare, dicitur illius decisionem exorbitantem (vt supra demonstraui) in exorbitantibusque fieri strictiore in interpretationem, & nullam admitti in casu ficto, nam licet vera sint in abstracto, in concreta tamen causa presentis legitimationis, non ita procedit, legitimos enim (in materia exorbitanti) doctores admittunt, vt per Cephal. con. 258. Peregrin. de fideico. arti. 24. n. 28. siue (vt dixi) sint legitimi per rescriptum Principis, siue per curiae oblationem, siue per nominationem patris, quibus etiam (vt dixi) negandum non sit. † Excellentioris virtutis fuisse, & ad plura legitimationem per subsequens matrimonium, quam alias duas species, & sic licet probabiliter sit admittenda Doctorum assertio, qua disponitur, sub conditione si sine liberis legitimis, & de legitimo matrimonio natis, comprehenditur legitimum per subsequens matrimonium vt per Pau. Castren. l. fina. nu. 5. & 6. C. de his qui ven. Etat. impetrar. Deci. in l. generaliter §. cum autem C. de insti. & in c. cum in cunctis de electione Ripp. in rub. si cert. petra. nu. 3. & in l. si vnquam nu. 96. C. de reuocan. dona. Couar. ad quartum 2. part. c. 8. §. 2. n. 30. quam appellat Comune Emanuel Soar. recepta. sententiarum. verbo legitimus l. Clar. §. feudum q. 82. Tiraq. de primoge. q. 34. nu. 56. alios cumulat Ioan. de Monte Alegre lib. 2. praxis civilis c. 1. §. 3. nu. 29. qui a
 100 nu. 18. per decem argumenta hanc firmauerat opinionem. Tamen † hoc sit ex potentiori virtute legitimationis per subsequens matrimonium; cum legitimus per rescriptum, vel per oblationem curiae, seu per patris nominationem, nullatenus sub tali conditione comprehendatur, cum eo casu non presumatur, testatorem de legitimo cogitasse, imo illum abortiuum considerasse; solum veram & naturalem fi-

liationem, vt tenet Bald. in l. Gallus §. si eius in sine de liber. & posthum. Anto. de Butr. in c. per venerabilem qui fil. sint. legitim. in sine Duran. de arte testan. tit. 5. Caute. 15. n. 5. Moli. de primog. lib. 3. c. 3. n. 31. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 10. n. 23. Paris. con. 9. n. 43. lib. 2. alios tradens Monte Alegre. vbi supra §. 4. n. 30. vbi n. 32. limitat casum † quando in legitimatione per rescriptum, adfert clausula Principis, derogans fideicommissum ex Mantic. lib. 11. tit. 11. nu. 10. vbi alios reperies post Alexan. con. 94. lib. primo. Deci. con. 557. n. 6. Cepha. con. 117. in fin. licet igitur in supradicta Doctorum traditione, reperies legitimationem per subsequens matrimonium praestantior, in alio tamen reperies deteriore, & humiliorem; in illo nempe casu, quando legitimatus per subsequens, fuisset natus ex parentibus, inter quos non poterat tempore natiuitatis & conceptionis matrimonium iniri, propter aliquod canonicum impedimentum affinitatis, seu consanguinitatis, postea vero Pontificia dispensatione superueniente, sublato illo impedimento, matrimonium in facie sancte matris Ecclesiae celebratur. Hoc † enim casu, legitimatus per subsequens matrimonium illud dispensatum, non est vere legitimus, quoad successionem, etiam si Pontifex. fecisset in rescripto dispensationis mentionem de filiis, illos legitimando, cum clausula, legitimationis proles nate & natiuitate; nisi in terris subiectis quo ad temporalia Pontifici; talis enim legitimatus ex incestuoso coitu progenitus, erit in successibilis; & tamen si legitimeretur per Principem secularem, in terris sibi subiectis, non fuisset talis, fuit haec sententia doctissimi & in vtroque iure versatissimi Dida. Couar. a Leua ad quartum 2. part. c. 8. §. 8. n. 13.

Certum enim est, principale requisiti (pro validitate legitimationis) nate de p. subsequens matrimonium illud esse, vt matrimonium possit de iure & de facto

facto contrahi, tempore conceptionis, vel natiuitatis legitimi inter coniuges, colliges hanc veritatem ex l. Paulus. 11. de stat. homi. l. & si. contra. C. de nup. doctrina Bart. in l. eum qui de sta. hominum Pano. in c. tanta est vis. n. 14. qui fil. sint legitim. Menoch. con. 16. n. 12. & de impedimento consanguinitatis Bar. & Bal. in c. naturalis si de feud. defunct. con. sit inter dom. & agna. vasa. in visib. feudo. Anto. Gabri. com. conclus. lib. 6. tit. de legitim. conclu. 2. Octa. decis. Pedemon. 154. Couar. de Sponfa. 2. parte c. 8. §. 2. n. 5. alios tradit Trentasq. var. lib. 1. tit. de legitim. resolu. 1. n. 9. Peregrin. d. arti. 24. n. 49. & con. primo lib. 3. n. 21. vnde cum lege resistente, & canonico impedimento assistente, non potuerit inter affines vel consanguineos coniuges matrimonium contrahi, sit consequens, vt proles non legitimeretur efficaciter per Pontificem, quo ad successiones, in terris sibi quo ad temporalia non subiectis, cum † solum Pontifex possit natalia restituere. quo ad dignitates, Beneficia & alia iura personalia, vt in c. per venerabilem qui fil. sint legitim. vbi Anto. de Butr. n. 11. Panor. n. 21. & 22. Peregrin. alios cumulas d. arti. 23. n. 5. adducens quatuor instantias, cur Pontifici non liceat dispensare indistincte quo ad omnia, post Bart. in authen. ex complexu. C. de incest. nup. Bal. l. 1. n. 5. C. de iur. aureo. anullo. & in l. eam quam C. de fideico. n. 28. Benedic. c. Rainuntius verbo & uxorem nomine Adelfasia. n. 198. Couar. de sponfa. 2. parte c. 8. §. 8. n. 19. Trentasq. varia lib. primo tit. de legitimatione resolu. 4. Thom. Sanch. de matrim. lib. 8. inscripto de dispensatione, disputatione. 7. in prin.

Et ex his, optimo iure summaque cum ratione firmavit Didac. d. c. 8. §. 8. n. 13. ver ex quibus sequendo Bart. Paul. Bald. Aretin. & alios, quod si Papa. dispensat in matrimonio, faciend. mentionem in bulleto dispensationis, de prole nata, etiam ex certa sci-

tia & proprio motu illam legitimando ex quo deficit potestas, non erit talis proles ante dispensationem nata, capax successionis, stantibus legitimis, & Couarruuiam secuti sunt omnes scribes recentiores post eum, vt reperies apud Peregrin. de fideicom. arti. 24. n. 75. & idem consultus respondit in facto comitatus de Fuentes lib. 3. conciliorum Concil. primo Trentasq. vbi supra resolutio. 4. n. 15. † Hoc tamen ita inuenio apud memoratos recentiores interpretes obseruatum, in terminis propositis, fatentur tamen, in casu quo Pontifex dispensaret in radice, hoc est, ex tunc, amouendo & tollendo impedimentum canonicum, quod obstabat a principio, (quod qualiter hoc fiat & quando praesumatur vel dicitur dispensatum in radice matrimonij enucleauit diligentissimus & bene instructus pater ille venerabilis societatis Iesu. Thom. Sanches de matrimonio lib. 8. dispensatione. 8. per totam † Ad quem si contigerit dubitari quando sit in radice dispensatum (queso recurat) vt tunc eo casu sit vniuersalis prerelatorum sententia, quod quando in radice sit dispensatum, filij nati ante dispensationem, efficiantur legitimi quo ad omnia, sicut efficerentur si solum virtute capituli tanta est vis (nullo assistente impedimento) fuissent legitimi; vt per Couar. Trentasq. & Peregrin. vbi supra obseruatum, reperies, & ante eos post Canonistas in c. per venerabilem Bened. in c. Rainuntius verbo & uxorem n. 202. Ancharra. quem Rota Roma. solita est se qui con. 409. Molin. de primoge. lib. 3. c. 2. nu. 13. Thom. Sanches vbi supra dispu. 7. n. 6. † Sed tamen quicquid tanti patres & Doctores grauissimi pro certo habeant in hac sententia, eorum allegationes & fundamenta (summo cum studio re perpensa) non potuerunt nos deuincere, vt cum illis assentiamur, cum contraria sententia fundata in potestate Pontificia, quam supradicti inefficacem esse (quo ad legitimandum

timandum ad successiones in terris & regnis Ecclesie non subiectis) non negarunt, nobis iuridica & fundamentis congruentioribus munita videatur; citra igitur sacrilegij vitium, liceat nobis firmare Pontificiam potestatem, (in legitimandis filiis quo ad successiones dispensando in radice matrimonij) non sufficere. Ab sit tamen a Catholico intellectu negare, facultatem dispensandi in radice, cum omnia quae sunt iuris positivi habeat Papa in manus iuxta tex. in can. constituerunt 50. distinc. c. nemini can. si quis suadente. 16. q. 4. † Vnde Pontifex sicut potest impedimentum canonicum tollere, sic potest dare & concedere facultatem (dispensando) vt permaneant in matrimonio illo iam contracto; sed tamen quod proles illa ante dispensationem & declaratoriam voluntatis Pontificie nata, fiat successibilis, hoc est quod negamus, dato illo fundamento pro vero, ab omnibus approbato, a nullo quae reiecto Pontificem † non posse ultra iurisdictionem Ecclesie, quo ad temporalia & successiones legitimare, ad quod firmandum sine scrupulo medeuncit a fertio Nauarri (de quo infra) referentis, Gregorij XIII. Pontificis max. dum similis dispensatio ab eo in petrarum conaretur, respondisse non subesse suae potestati, similem legitimatio nem; cuius dictum licet sit a Doctore respondente, & non a Papa dispensante, plurimum confert pro fundamento nostrae sententiae: est etenim haec, dispensationem in radice non facere prolem ante dispensationem natam successibilem, in Hispania, Galia, Germania, & alijs Regnis Ecclesie non subiectis, † Quod probatur multis argumentis & inter alia, nam quod vna via prohibetur, alia non est concedenda l. quae sub conditione. 8. §. si quis in fine de condi. institu. l. queritur. 38. de bon. liberto. cap. tuę fraternitati vbi glo. verbo effectum de procurato. & iuuatur illa traditione comuniter observata, de qua Cernan. l. 6. Tau. num.

38. qua docemur † Prohibita donatio ne filio familias, mulieri, seu cuilibet alio generi personarum, ceteri prohibitam omnem aliam onerosam alienationem, ne vna via prohibita donatione, alia permittatur per onerosam alienationem, nisi in casu quo immineret necessitas, & ad euitandum in conueniens irreparabile; nam tunc † Solet vna via permitti, quod alias reperitur prohibitum, vt in casu relato per Sesse de inibitio c. 8. §. 3. numer. 74. in fin regulariter autem verum est axioma: At qui si legitimatio quo ad successione(m) (mediante dispensatione in radice) fuisset valida, sequeretur quod prohibitum Pontifici legitimandi, in terris non subiectis vna via, alia concederetur dispensando in radice, sit de primo ad vltimum, vt similis dispensatio non faciat sobolem iam natam, ante dispensationem successibilem † Nullo enim casu ferendus est fraus legi per indirectum, praecipue in Principe l. cum lex. 15. de fideiussio. l. con. 99. n. 2. vol. primo Surd. decis. 249. n. 9. † Indirectum enim nunquam facit nec producit illud, quod directum nec facere, nec producere potest l. cum hij 7. §. si cum his ff. de transactio. l. Attetas. 4. §. prator ait de hijis qui notan. in fra. Craue. con. 592. num. 7. Surd. decis. 21. n. 4.

Secundo probatur haec eadem sententia ex eo, quod prohibito aliquo actu, cenceantur omnia prohibita, per quae de facili perueniri potest ad actum prohibitum l. oratio. 16. de Spōsa. Menoch. de praesum. lib. 4. praef. 93. Couar. de sponsa lib. 2. c. 7. numer. 6. Lara de aniuersa. lib. 1. c. 20. n. 34. Gu tier. de iur. confirma. 1. parte c. 51. nu. 9. Surd. decis. 254. n. 14. & in tracta. de aliment. tit. 9. q. 17. numer. 16. vbi plura allegat iura concordantia, & Sic † receptum est prohibita alienatione ceteri prohibitos actus, qui non possunt exerceri citra Ius. & nomen alienationis. l. codicilis. 9. §. matre vbi glo. & Bart. de lega. secundo Deci. con.

con. 300. num. 2. & probat. leg. final. de legitim. tute. Tiraquel. qui plura recencet exempla de retract. ligna. §. 1. glof. 14. numer. 14. Surd. de Aliment. vbi supra. numer. 17. & decis. 254. numer. 20. & decis. 326. numer. 27. Peregrin. de fideicommiss. articul. 14. numer. 31. & con. 28. numer. 2. libr. 6. Quod † maxime procedere intelligo, quando ex actu illo mediato, nihil aliud sequi possit quam alienatio, seu actus prohibitus: Atqui si permitteremus, per legitimatorem ex dispensatione in radice resultantem induci habilitatem succedendi, de facili & necessario peruenissemus ad actum prohibitum, vel non permissum Pontifici, ad legitimandum in terris sibi non subiectis, quo ad successione(m), ne igitur hoc fiat contra iuris principia, dicendum erit, dispensationem in radice matrimonij, non facere prolem ante dispensationem natam capacem successione(m).

Tum etiam considera, quod licet potestas Pontificia nullis iuris positivi regulis circumscribatur, sit quae exinde appellatus stupor mundi, vt dicebat glo. in prohēm. Clementin. dicitur quae Pontifex plusquam homo, & minus quam Deus. can. cuncta per mundum. 9. q. 3. c. proposuit de concessione. praeben. non tamen licet maiori fulcitur potestate facere Poterit † vt facta pro infectis habeantur l. in Bello. 12. §. facte de capitulis & postlimi. reuer. notatur in l. vna. C. de Rap. virgin. Tirq. de iur. primogen. q. 34. numer. 22. Rolan. a Vall. con. 100. numer. 37. ad praeterita enim nulla est potentia, vt aiunt Philosophi & ex nostris Gu tier. in optimo casu. lib. 4. practica. q. 7. numer. 18. Peregrin. de fideico. arti. 24. numer. 39. nec Christus Dominus (cum Theologis loquor) † Cui Deus pater dedit omnia in manus potest facere, vt quod semel factum est, non sit factum, teste. D. Thom. prima. par. e. suae sume. q. 25. arti. 3. & 4. Diuus Hieronimus relatus in can. 32. q. 5.

Tirq. alios cumulans de iur. constitu. 3. parte limita. 7. ex numer. 3. mouentur; optima & concludenti ratione, quod in Deo † Opt. Max. non possunt reperiri quae implicant contradictionem, & cum sint huiusmodi naturae, facta & non facta, simul & semel, ita in Deo non reperiri firmat Angelicus Doctor: † Atqui si ex eo solo quod Pontifex dispensasset in radice, reuultaret effectus quem supra nominati Doctores volunt, vt legitimus esset censendus filius ante dispensationem natus, sequeretur supramentionatum impossibile, & daretur potentia ad praeterita; ex quo ille qui iam fuit ex incestuoso & damnabili coitu natus, illegitimeq; progenitus, fiat legitimus, & non sic vt praedicitur natus, & vt matrimonium nulliter contractum, nullusq; fructus quoad successione(m) vel saltim incestuosas producat & infructiferos, sit validum, & fructus ex eo producti sint capaces: ne igitur tantum absurdum sequatur, dicendum est cum nostra sententia, & contra supradictorum opinionem † Percontamus modo, Papa potest facere vt hij qui scienter in gradu prohibito contraxerint matrimonium, & permanserint in eo, non peccauerint mortaliter in copula: damnarentur ne isti a Deo, si non facta penitentia, nec confesso peccato, ab humanis subtraherentur post dispensationem in radice † poterit ne Pontifex sine contrahentium penitentia vel contritione, peccatum illud dimittere? mediante dispensatione in radice? absit hoc firmare contra tex. in can. legatur 24. q. secunda capit. venia non datur de regu. iur. in 6. illa enim † Sacramentalis gratia, per peccatum ex nefario coitu amissa, non restituitur per Summum Pontificem, ex sola legis Canonice reuocatione, cum solus Christus sit qui illam per medium contritionis, & penitentiae restituit, can. omnis de consecra. dinc. 4. si igitur Papa non potest face-

re, vt qui semel peccatum comisit pro non comisso reputetur, quo ad Dei iudicium, quod vtiq; esset si ex sola dispensatione Pontificia in radice omnia haberentur pro legitime factis, cum ex copula ex matrimonio rite & legitime contracto nulla incuratur culpa: si igitur hæc pro infectis & incurtis haberi nullus sit qui firmet, quis poterit firmate dispensationem illam legitimam facere sobolem? nisi qui firmet, Pontificem posse dispensare, in terris sibi non subiectis in temporalibus quo ad successionem; hoc hucusq; nullus firmavit, ergo nec illud aliud firmatum relinquere poterit.

127 Non negamus quod Pontifex non possit remouere & tollere impedimentum canonicum, quod obtabat a principio, vt matrimonium non posset contrahi, amouendo legem canonicam quæ generauit impedimentum illud, vt multis adductis aserit

228 Thom. Sanch. de matri. vbi supra numer. 6. † cum Papa possit disponere contra, præter, & ultra ius ex Bald. sententia in c. cum super de caus. posses. & prop. sed tamèn, quod Pontifex possit facere, leges a se vel prædecessoribus suis factas haberi pro infectis, quo ad illos effectus iam in esse productos, & per ipsas leges operatos, hoc est quod contendimus, nullum firmare posse & consequenter nec supradictorum Sententiam. † Pro qua solum inueni facere textum (quem miror nec Couar. nec Peregr. nec Trentasq; allegasse) in c. quia circa. 6. de consang. & affini. cauetur enim in illa decretali, posse Pontificem dispensare in matrimonio nulliter contracto, taliter vt contrahentes absq; nouo consensu, nec contractu, permaneant in illo matrimonio, quod vt singulare not. glo. fina illius decretalis in finali- bus verbis, asserendo solam tolerantiam Pontificis sufficere, ad dispensationem inducendam; arguendo exinde, quod si Pontifex possit dispensare vt permaneant in matrimonio, & ex

129 illa permanentia dicatur matrimonium validum, a principio; sic etiam dispensare licebit Pontifici, vt matrimonium habeatur pro legitime contracto, a principio, & ex consequenti fructus ex illo matrimonio producti, pro veris & legitimis habeantur, tanquam apendises vt ratiocinatur Ferdin. Vasq. de succes. creat. libr. 3. §. 26. num. 103. † Cui textui multifarie multisquè modis satisfieri poterit, primo quod nos non negamus, quod Pontifex non possit dispensare in radice, ad quod probandum potuit text. ille expendi; sed solum quod filij nati ante dispensationem fiant legitimi ad succedendum, de quo nec verbum vllum textus ille facit. † Tum etiam 131 textu fideliter perpenso, non colliges ex eo, matrimonium ex se nullum (ob aliquod canonicum impedimentum) ex sola Pontificis dispensatione, absq; nouo contractu & consensu, posse validum fieri; hoc namq; edet contra omnem rationem, & contra communem iurium traditionem disponentem, ex sola dispensatione Pontificis, absq; contrahentium nouo consensu, matrimonium induci posse cap. 1. iuncta glo. fin. de eo qui duxit in matri. quam Pol. per adulte. † Tum etiam in dicto c. quia circa, nullam reperies dispensationem, a Pontifice Max. concessam, neq; ex aliqua capituli parte id colligere poteris, si enim dispensatio adesset, Pontifex mandaret Episcopo de quo in textu, quatenus contrahentes astringeret ad cohabitandum, & non vt eos disimularet: disimulatio autem arguit nullitatem matrimonij, & præsumit nullam dispensationem. † Disimulatio enim, in aliquo actu non permissa est faciendâ, & regulariter ne succitentur scandala, vel grauiora mala permittitur vt docet Adrian. in 4. de confes. dub. 7. post q. 5. Nauar. in can. si quis autem de pœnitent. distin. 7. nu. 67. Couar. ad quartum 2. part. capit. 6. §. 10. numer. 15. vnde ex relato textu nõ poteris colligere quidquam, contra

contra nostram sententiam, nec pro relatorum opinione, nec probabis ex eo, posse Pontificem facere, vt matrimonium nulliter contractum lege resistente, sit validum absq. nouo consensu (totum esse matrimonij) & sic inueni hanc nostram sententiam & contra Molin. Couar. & Peregrin. tenere Nauar. lib. 4. Concil. 2. sub. tit. qui filij sint legitimi asserendo se audivisse a Gregorio XIII. non licuisse Pontificibus hoc facere, post Nauar. tenet Ceruan. leg. 12. Tau. numer. 102. qui suprallo nomine auctoris, vidi a Nauarro transcripsisse per eum dicta & cumulata, tenetquè istam sententiam meo iudicio Thom. Sanch. lib. illo. 8. de dispensatione disputa. 7. numer. 3. † Solum enim Didaci & sequacium opinionem (a nostra contrariam) admitterem, quando contrahentes fuissent in bona fide, ignorantibusq; impedimentum ad inuicem contraxissent, eoq; tandem detecto, imptressent in vrbe dispensationem, & ante detectionem impedimenti prolem successissent, eo sanè casu, facta dispensatione in radice, natum illum ex matrimonio putatiuo, non dubito effici legitimum, & successionis capacem † Ad tex. cum materia in c. ex tenore qui fil. sint legit. not. Bal. in leg. qui contra. C. de incest. nup. Tell. Fernal. 6. Tau. numer. 8. Ad dignoscendum autem quando sit in radice dispensatum, recurre si casus hæsitandi contigerit, ad doctum sane patrem. & in iure bene versatum Thom. Zanch. de matrim. libr. 8. disp. 8. per totam & licet agnoscamus diligentissimas illius patris obseruationes, & perdoctas in materia matrimoniali, non ex hoc quod a sua deuiatos nos videas sententia calumnieris, sollet enim bonus aliquando dormitare Homerus, nec vidi doctum sane virum, sic præsentem quæstionem fundare, sicut solitus est alias similes paradoxas iuribus & fundamentis munire, nec nos in illius asser-

tionibus iurauimus, habeas igitur hanc quæstionem absolutam saluo iudicio Pastoris vniuersalis Ecclesiæ cuius correctioni, & moderamine, si aliud obseruare dictauerit libenter supponimus.

136 Pro complemento glofæ, quæstioni propositæ a quodam legum professo- re calamo mandanti præsentis lucubrations respondere libet & subinde nunquid affines matris ad successionem veniant, vocatis propinquioribus ex linea materna: dicimus enim rem esse sine controuersia, dubiumque fuisse scholaris, & non doctoris potuit namque ille ignorare regulam leg. affinitatis. 7. C. commu. de successio & leg. 3. C. eod. vbi cautum est, successionem non defferri per iura affinitatis leg. fina. C. de verbo. significatione vbi las. numer. 22. & Barto. latissime & sic facilis erit responsio.

137 Ocasione deniq; huius glofæ coadequantis successionem patris, cum successione matris, in respectu filiorum impuberum, opportune queri poterit, num mater censeatur per hanc constitutionalem priuationem, erga successionem filiorum impuberum ab intesto decedentium priuata, etiam illa legitima tutela sibi & auie delata, in casu autentice matri & auie C. de legitima tute. & in corpore vnde sumitur, de qua plura cumulauit Gutier. de tutel. 1. parte. cap. 8. & 9. Dubitandi autem occasio sumi potest ab illa comuni obseruatione superius enodata, qua docemur † Tutelle dationem imitari bonorum successionem, vt quibus hæc deferatur tutelle opus subiungatur vt in leg. quo tutela. 74. de reg. iur. l. 1. §. tutela de legitimis tutor. §. vno institu. de legitimis tutor. quod latius exornauimus glo. 3. numer. 95. & obseruat late multis congestis Gutier. de tutel. 1. parte cap. 2. numer. 13. 20. & 21. Castil. leg. 19. Tau. numer. 6. Spin. in specu. testa. glo. 29. numer. 8.

139 Cald. Perei. in leg. si curatorem habens verbo sine curatore constitutus num. 18. C. de integr. restitu. mino. ex quo igitur matri non deffertur successio per nostram constitutionem in bonis a patre delatis, similiter non erit eidem deferenda tutela aqua debet Censeri priuata, ex quo successione per constitutionem priuatur † Præmaxime cum hæc tutela matri delata, non dicatur datiuæ sed legalis vel legitima, cum lex sit que illam defferat, & non homo seu testator ex doctrina Bartol. comuniter recepta in l. 2. §. si pater ad Tertil. & in dicta authentica matri & auie num. 9. quem sequitur Spin. in specu. testa. glo. 29. num. 8. Gutier. de tutel. 1. parte. c. 2. nu. 2. cum seqq. Ex quo igitur constitutio nostra disponit per tuxatiuam sola de cuius natura latè sub. glo. 4. dictum fuit, videbatur concludendum matrem & auiam exclusam fuisse ab ista tutela, dictam quæ autenticam nõ vigere in præsentis principatu, vbi agitur de tutela filij impuberis hæredis patris sui, & mariti matris exclusæ.

140 Sed tamen quidquid similes ratiocinationes suadere videantur cum nostro Mier. hic num. 27. in fine contrarium puto tenendum, obseruandum, & sequendum, & quamuis Mier. nihil alleget, non desunt instantiæ pro matre, probantes & inducentes illius ad missionem ad tutelam, neq; desunt in terprætes firmantes exclusam matrem a successione filij, non cenceri exclusam ab onere tutelæ delate, vigore autentice matri & auie vt per Causal. de tuto. Curato. numer. 183. Duran. de art. testa. tit. de tutor. & curat. caute prima Honde. con. 88. num. 20. & ante relatos Salice. in dict. autentica matri & auie Alex. con. 110. lib. 3. Deci. con. 106. Bened. in ca. Rainuntius verbo & uxorem numer. 73. & numer. 107. Et licet relati nihil allegerent, considerabam hanc sententiam fulciri posse ex alia qua do-

141 cemur † Matrem per pupillarem substitutionem priuari successione impuberis, vt docet comunis legislatorum Calculus in l. præcibus C. de impuber. & canonistarum in c. si pater de testa. in. 6. vbi eman. Acost. Lusitanus in verbo *superstite* & in verbo *bona omnia* Couar. in c. Rainuntius. §. primo Menoch. præf. 38. lib. 4. Spin. in Specu. testam. glo. 23. numer. 18. Ioseph. Gonsa. flor. lib. vno. varia. quæstionum c. 13. Alexa. Trentasinq. de substi. par. 1. c. 11. & 12. Peregri. de fideico. arti. 34. numer. 21. & 36. Ant. Fab. coniectural. lib. 9. c. 15. & 16. quod & nos obseruauimus, & idem in pupillari tacita pro viribus & posse defendimus, in superioribus, & nullus fere deuiuerit a prædicta sententia, nullum tamen inueni firmantem, per pupillarem matrem priuari a legitima illa tutela, quod vtrique firmarent, si ex sola priuatione seu exclusione successione, mater cenceretur exclusæ ab onere tutelæ † Ex quo enim tutela dicitur onus & non lucrum l. tria onera. 3. & 5. de excusatio tutor. §. tria onera insti. eod. & vtrobiq; comunes scribentes & ob id dici solet minoribus. 25. anno. tutellass vt onera non defferri, Anto. Piag. de tuto. & curato. q. 3. nu. 8. quem scitat Gutier. de tutel. 1. parte c. 7. n. 22. † Et apprime hoc in muliere procedit, cum mulier tutrix licet pro debito Ciuili carcerari nequent ex tex. in authentica hodie C. de Custod. reor. & l. 1. C. de offi. diuerso. Xuar. tit. de los Gouernos q. 5. numer. 6. Portol. ad Molin. verbo mulier per totum Alex. Trentasinq. varia resolu. lib. 3. tit. de solutio. resolu. 4. tamem si pro administratione tutelæ mulier debitorum inueniatur, pro isto reliqui debito, potest carcerari, secundum magis comunem sententiam, vt per Roder. Xuar. vbi supra Anto. Gom. l. 14. Tau. numer. 11. & 12. Menoch. de Arbitr. quæst. 88. Couar. varia. lib. 2. cap. 1. numer. 3. & in cap. quamuis pactum. 2. parte. in prin. nu. 7.

144 num. 7. Gutier. de tutel. 1. part. cap. 8. numer. 83. alios cumulat Bouadilla in sua Politica de Corregidores lib. 3. cap. 25. num. 30. & 31. si igitur est onus, non exinde recta consequentia de summi poterit, quod ex quo mater priuatur lucris, & successione, priuetur etiam oneribus, licet incomoda regulariter cum sequi debent quem secuntur incommoda. † Nec taxatiua illa, sola legitima reseruata, de qua sub glof. 4. quidquam vrgere videtur, contra nostram sententiam, licet innuere videatur, quod ex quo excepta sit legi-

145 tima tantum matris, omnia alia perrogatiua materna cencerentur inclusa, in exclusione & priuatione; nam respondemus. † Sicut diximus in dict. glof. 4. de usufructo patri a lege delato in bonis filij, vt ab illius perceptione pater non sit priuatus per nostram constitutionem, sed illesus illi reseruetur: cum igitur pater hic non priuetur suo usufructu, sic etiam & ex eisdem instantijs & rationibus, mater nullatenus censeatur exclusæ, a sua legitima tutela, quam nacta fuit vt mater vel auia.

NOTABILIA EX GLOSA VII.

- 1 Substitutio cõpendiosa sub verbis directis, obliquis vel cõmunibus, concepta diuersos effectus producit.
- 2 Quatuor illa verba in constitutione nostra posita an sint directa, ciuilia, vel obliqua.
- 3 Verba directa que sint & an sub duplici significatu accipiuntur directa ciuilia & non ciuilia. n. 4.
- 5 Reprobatur distiunctio Bartoli circa verba directa vt sint ciuilia & non ciuilia.
- 6 Declaratur & expenditur l. verbis ciuilibus de vulga.
- 7 Obliquorum verborum natura & essentia explicata.
- 8 Verba cõmunia quomodo dignoscantur.
- 9 Communia verba licet ad comunem usum & directi & obliqui adaptari queant, non tamen hoc fit simul & semel.
- 10 Verbum restituat est precarium & enodata l. coheredi. 41. §. cum filie de vulga.
- 11 Verbum det ex natura precarium & in flexorum & declaratur l. fundi 38. de usufr. lega.
- 12 Verba directa ex voluntate testato-

- ris possunt fieri precaria & declarata. l. ex facto. 17. ad Trebel. cum alijs.
- 13 Fideicommissa demonstrari possunt per verba directa & quomodo hoc fiat.
- 14 Verborum comunium comunis descriptio nullo iuris loco fundata & intelligitur l. iam hoc iure. 4. de vulga.
- 15 Dicitio inuicè de qua in l. iam hoc iure comunione ibi consideratum generauit non vero verbum substituo.
- 16 Verba in iure solum sunt directa & obliqua nulla vero comunia secundum Fabrum.
- 17 Incompatibilia quidem sunt simul & semel rogare & imperare sicut stare & sorbere.
- 18 Communis traditio vt verba omnia in concipiendis substitutionibus sint in triplici differentia comunium directorum, & obliquorum aprobatum & per constitutionem sponitur.
- 19 Verbum torn, in glofa nostra positum quod latine est reuertatur cuius sit nature & idem si interpretes per actiuam per verbum reddat n. 20.

- 21 Verbum sic deuolutus est deuolutus postum in textu nostro est similiter comune.
- 22 Verbum perueniat vel vernacula lingua qua utitur text. noster. peruenit. comunium naturam asumit.
- 23 Verbum substituesch. id est substituo comune ab omnibus recipitur & per nostram constitutionem que aliis non seruiret de casu dubitabili & quo modo hoc fiat n. 24.
- 25 Conclusio seu argumentum presentis glose est ut verba comunia in concipiendis pupillaribus substitutionibus acomodata pro directis habeantur. & n. 26.
- 27 Verba omnia comunia que sint remissive.
- 28 Simile ut tale fiat non est necesse quod sit in toto simile, sed sufficit quod reperiat in re ad quam fit comparatio vel quod sint similia in qualitate n. 29.
- 29 In similibus idem & unum fit iudicium.
- 30 Dicitio similia consulto ponitur in constitutione, illa namque defficiente non omnia comunia pro directis haberentur sed solum modo per constitutionem mentionata.
- 31 Verbum de tot en tot id est in omnibus & per omnia denotant similitudinem a tota substantia.
- 32 Verbum si agudes id est habeatur in propriam denotant.
- 33 Aliud est esse ciuem aliud haberi pro ciue.
- 34 Lex quoties procedit ad statuendum post asimilationem inter asimilita prius formiter inter illos asimilita iudicatur.
- 35 In hoc Principatu post presentem constitutionem in pupillaribus concipiendis non habemus nisi verba directa & precaria nulla vero comunia.
- 36 Compendiosa substitutio in hoc Principatu a Pagauo facta per verba comunia filio impuberi intra tempora pubertatis valet iure directo & quid de iur. comuni. n. 38. remissive.
- 37 Idem si fiat a patre de iure comuni per verba directa & n. 40.
- 39 Compendiosa substitutio cum sit concepta sub una verborum formula que non potest valere nisi ut fidei commissaria ideo non potest ut pupillaris valere.
- 41 Compendiosa substitutio per verba comunia facta ut pupillaris admittitur contra matrem.
- 42 Substitutio pupillaris expressa excludit matrem & an idem sit in contenta sub compendio per verba comunia n. 44.
- 43 Pupillaris contenta sub compendio dicitur expressa verbis generalibus.
- 45 Verba nostre constitutionis & glose ibi del tot en tot expenduntur.
- 46 Assimilata per dictionem in omnibus & per omnia facit ea eiusdem & unius nature qualitatis & essentialis.
- 47 Legitimas cum clausula in omnibus & per omnia excludunt feminas, stante statuto feminarum exclusio stantibus masculis.
- 48 Compendiosa substitutio facta impuberi verbis comunibus per nostram constitutionem excludit matrem & contra n. 50.
- 49 Expenditur text in l. fina. C. de insti. & substitui.
- 52 Inuebitur contra doctores presentis, Principatus qui pretermisissis enodationibus iurium patrie ad alia per agenda & tractanda se conferunt.
- 53 Consulentiu doctrine fugiende in dicando & consulendo.
- 54 Compendiosa substitutio facta verbis comunibus impuberi in parte hereditatis trahitur ad totam & idem si verbis directis de iure comuni n. 57. & 61.
- 55 Pupillaris expressa facta in vno obolo pupillo trahitur ad totam.
- 56 Institutio facta in parte etiam si sit in vncia nullo dato coherede trahitur ad totam hereditatem


- 58 Compendiosa substitutio iudicatur secundum casum contingentiam tam in vulgari, pupillari, quam fideicommissaria.
- 59 Substitutio compendiosa in dubijs potius directa quam precaria iudicari debet.
- 60 Declaratur l. coh. eredi. 41. §. fina. de vulgari.
- 62 Compendiosa substitutio concepta per verba comunia facta in parte non extenditur ad totum de iure comuni.
- 63 Factum cuiusdam questionis proponitur & pro eo respondetur.
- 64 Intestatus dicitur non solum qui nullum testamentum fecit sed qui illud non iure fecit.
- 65 Quatuor decimus annus impletus desideratur ut masculus testari possit & declarata l. qua etate. 5. de testat.
- 66 Substitutus in parte in totum admittitur nullo coherede existente & de pinguntur verba testamenti super casu & consultatione propofita.
- 67 Distributio substitutionum comprehensarum sub facto testamenti propofiti.
- 68 Compendiosa substitutio per verba directa & comunia facta in parte hereditatis trahi debet ad totam.
- 69 Verbum instituo principale ex verbis directis siue ad testatorem siue ad heredem referatur.
- 70 Verbum substituo inter comunia verba connumeratur.
- 71 Compendiosa substitutio impuberi facta in parte de iure comuni trahitur ad totum sub distinctione intelligitur & n. 72.
- 72 Verba compendiose directa filio licet sint in parte extenduntur ad totum & quare.
- 74 Vulgaris expressa in facti specie propofita reperitur ordinata.
- 75 Per substitutionem vulgarem succeditur testatori per pupillarem vero tacitam in vulgari contentam succeditur pupillo.
- 76 Successio si fit & datur in bonis pupilli de necessitate debet concedi cum suis qualitatibus.
- 77 Substitutio compendiosa verbis comunibus a milite in hoc principatu facta filio impuberi valet ut pupillaris intra tempora pubertatis postea vero ut directa militaris & quid si fiat verbis directis de iure comuni n. 80.
- 78 Expenduntur l. Centurio. 15. de vulgari. & l. mulier. 5. de milita. testa.
- 79 Priuilegia militum circa testamentum illorum intacta & illa remanent per nostram constitutionem & sic viget dispositio in suis ordinationibus.
- 81 Compendiosa verbis directis facta ut valeat tanquam directa pupillaris in testamento militis alij aliquo priuilegio valet.
- 82 Testamentum militis vel illius voluntas si potest sustineri iure comuni non est recurrendum ad prerogatiua militarem.
- 82 Compendiosa substitutio facta a milite per verba comunia in hac patria seu directa de iur. comuni ut sustineatur ut directa post pubertatem fit fauore militis.
- 84 Dicitio, exdonat causam inmediate.
- 85 Directe substitutiones post aditam hereditatem & post pubertatem euanescent in paganis secus in milite.
- 86 Priuilegium ut tale dici & cognominari valeat debet disponere contra ius comune.
- 87 Substitutio militaris directa nullam similitudinem habet cum directa pupillari.
- 88 Per substitutionem militarem directam succeditur militi & non instituto.
- 89 Substitutio directa militaris facit quod euiniente illius casu extincto iure primi heredis intret ius secundum ac si nullus esset heres antea institutus.

- 90 Per substitutionem directam milita-
re nō succeditur pupillo sed militi
& n. 93.
- 91 Expenditur l. precibus. 8. C. de im-
puber. pro obseruatione, ut directa
militaris, ut talis valeat post puber-
tatem.
- 92 Primus sensus ad l. precibus C. de im-
puberum ut occasione matris, mili-
taris directa obliquetur post puber-
tatem.
- 94 Legitima non debetur matri in bo-
nis testatoris patris, sed in bonis fi-
lij, heredis tantum.
- 95 Secundus sensus ad l. precibus & se-
cunda concordia cum l. Centurio eā
intelligēdo in substitutione facta in
forma communi.
- 96 Verba substitutionis de quibus in l.
Centurio cōueniunt directe militari.
- 97 Mens potius testatoris in dispositio-
nibus interpretandis atendi debet
quam verba.
- 98 Verba illa eos habeat heredes quos
pater ei constituit in l. precibus nō
sunt testatoris sed legislatoris.
- 99 Tertius sensus ad dictam legem pre-
cibus & tertia concordia cum l. Cen-
turio ut in casu l. precibus non pro-
betur pupillarem valere ut fideicom-
missaria.
- 100 Omne simile non est idem & natura
dictionis velut expenditur.
- 101 Substitutio directa militaris in quo
assimiletur substitutioni fideicom-
missarij & n. 102.
- 103 Fructus hereditatis cur non veniūt
in restitutione hereditatis in casu l.
precibus si valuti substitutio ut di-
recta militaris & n. 104.
- 105 Substitutus quando experiri potest
actione petitionis hereditatis licet
propria autoritate capiat.
- 106 Substitutus militaris eueniente ca-
su substitutionis, capit bona testato-
ris una cum fructibus in hereditate
allatis tempore mortis instituti.
- 170 Expenduntur verba l. Centurio de
vulga. ibi cum fructibus inuentis in
hereditate.

- 108 Fructus percepti ex bonis militis p
institutum filium illius in casu mi-
litaris substitutionis restituuntur
instituto.
- 109 Fructus percepti per grauatum in
casu fideicommissi, postquam cepit de-
beri fideicommissum, non restituuntur
fideicommissario etiam si nulla ver-
setur fideicommissarij negligentia,
n. 110.
- 111 Heres grauatus cum directa mili-
tari eueniente casu substitutionis
nullam detrahit quartam nec legiti-
mam nec Trebelianicam de iure ff.
& C. & n. 115.
- 112 Milites ex nouellis Iustiniani non
possunt filios suos siue causa exhe-
redes facere.
- 113 Legitima debetur filijs militum de
iure nouissimo in bonis parentum
suorum.
- 114 In correctorijs extensio admitti ur
quando decisio textus alius reddere
tur inutilis.
- 115 Trebelianica quomodo non detraha-
tur ex directa militari & ex fidei-
commissaria sic.
- 116 Trebelianica non viget in militari-
bus ordinationibus & dispositionib⁹
- 117 Trebelianice detractio respicit fa-
uorē testatoris ex cuius hereditate
venit trebelianica detrahenda.
- 118 Ratio inductiua trebelianice & fal-
cidie adducitur & exornatur.
- 119 Ratio finalis inductiua trebelianice
cur cesset in militis testamento.
- 120 Heres militis non obligatur ultra
res omissas etiam inuentario.
- 121 Ratio inductiouis falcidie de qua
in §. i. insti. ad l. falcidie est impulsiva
& non finalis & si ratio esset fina-
lis illius detractio non posset prohi-
bere. n. 122.
- 123 Argumentum a ratione impulsiuo
legis statuti seu constitutionis sumi
non licet.
- 124 Milites nostri temporis non mili-
tantes nec in albo cōscripti quos nos
Caualleros hijos dalgo appellamus
an possint similem directam milita-
rem

- rem substitutionem ordinare.
- 125 Militarem substitutionem ordina-
re possunt milites & militantes &
in castris testantis & solū milites
qui incumbunt armis & stipendia
militaria recipiunt possunt similia
ordinare, & numer. 126. & numer.
127.
- 128 Compendiosa substitutio per verba
communia facta filio impuberi que
semel valuit iure directo non trahi-
tur post pubertatem ad fideicom-
missariam, quod non ita erat de iu-
re communi 129. & numer. 130. de
ratione.
- 131 Compendiosa facta per verba dire-
cta (de iure communi) que semel va-
luit, ut talis non trahitur ad fidei-
commissum.
- 132 Dictio frustra omnimodam nullita-
tem inducit, & declarata l. verbis
de vulga.
- 133 Frustra fieri dicitur omne illud, q
aliquo iure valere non potuit.
- 134 Intellectus ad l. verbis ciuilibus 7.
de vulgar.
- 135 Clausula codicillaris inter alios
effectus hunc producere solet, ut con-
uertere faciat directam in obliquā.
- 136 Clausula solita poni de stillo Nota-
rij presumit ius a testatore roga-
tum Notarium, ut stillum seruet.
- 137 Clausula codicillaris solita de stillo
poni presumitur in esse etiam si nō
reperiatur.
- 138 Clausula codicillaris tacite videtur
inesse iuris presumptione in testa-
mento inter liberos.

- 139 Clausula codicillaris sub intellecta
in testamento inter liberos potens nō
est ad conuertendam directam sub-
stitutionem, in precariam.
- 140 Clausula codicillaris vulgata non
ineffacite in testamento inter libe-
ros, sed clausula illa, ut valeat iure
priuilegiato authentice ex causa C.
de lib. pregt.
- 141 Parentes & milites omitendo solem-
nitates regulares obseruandas in a-
lijs testamentis non ex hoc inutili-
ter testantur.
- 142 Expenditur & ponderatur l. iam
hoc iure 4. de vulga.
- 143 In testamentis ubi non adest nec ad
esse presumitur clausula codicilla-
ris directe substitutiones obliquari
nequeunt, nisi ubi equitas praeferre-
tur rigori & numer. 144.
- 155 In supremis iudicijs non recognos-
centibus superiorem & ubi ex equi-
tate licet iudicare ius commune nō
allegatur pro autoritate, sed pro
ratione, & quomodo id intelliga-
tur.
- 146 Expenditur & ponderatur constitu-
tio nostra in optimo casu.
- 147 Compendiosa substitutio, verbis co-
munibus facta matre existente in
medio valet intra pupillarum, ut
pupillaris, & postea iure fideicom-
missi remissiue.
- 148 Maioris virtutis erit substitutio
compendiosa verbis comunibus,
quam directis facta cum illa solum
pupillarem comprehendat hęc fi-
deicommissariam, & pupillarem.



**A I V S T A N T S Q V E
L A S V B S T I T V T I O Q V E P E R L O**

P A R E S E F A A F I L I M P V B E R E S T A N T E N

potestat sua la paraula posada torn, sic deuoluit, peruenga,
substituech, e semblants per paraules directas
de tot en tot sien agudes.

I D E S T

*Addentes quod in substitutione, que per patrem fit filio impuberi in sua
existente potestate, verbum positum reuertatur deuoluatur, perueniat,
substituto, & his similia, pro verbis directis in omnibus & per omnia
habeantur.*



PRO Intelligentia
huius glose, & toti⁹
illius tractatus, om-
nium quæ in ea tra-
dendorum, reuocã
da sunt in mentem
quæ ab interpreti-
bus statim in eorũ

labijs habentur, quando de materia cõ-
pendiosæ substitutionis tractatus sus-
cipitur, in illa famosa, l. Centurio. 15.
de vulgã. omnes enim exemplo magis-
tri Bart. adducti, sub n. 43. exordiantur
in formanda compendiosa substitutio-
ne; illud vnicum & præcipuum confi-
derandum esse, an per verba directa, an
per verba obliqua, an vero per cõmu-
nia concipiatur; cum varij, & diuersi
effectus resultent, quando sub vnis, vel
alijs verbis concipiatur; quorum occa-
sione quæ sint verba directa, quæ obli-
qua; & quæ cõmunia, non verentur e-
nodare, quod & a recentissimis obser-
uatum video; † Quod maiori cum ra-
tione nos compellimur in præsentia-
rum, elucidare seu præmitere, vt intel-
ligamus illa quatuor verba in constitu-
tione nra posita, scilicet, *reuertatur, de-
uoluatur, perueniat, & substitutio*, cui⁹
sint nature, an scilicet directorũ, obli-
quorum, vel cõmunium, quæ igitur hæc
sint ydeamus sub breuibis.

Directa igitur verba sunt, quæ vel se
dirigunt ad factum testatoris, veluti (*in
stituto*) vel ad factũ hæredis instituti,
aut substituti, ad ipsiusq; vtilitatẽ, & p-
pria autoritatẽ, talitẽ q; vocatus (sine
alicuius ministerio) relictuũ adquirere,
& suũ propriũ facere potest, veluti ea
piat, & sit hæres, sic declarat Bart. in d.
l. Centurio de vulgã. n. 43. vbi Socin.
327. Rip. 179. Couar. in ca. Rainuntius
de testa. §. 9. n. 4. allegant l. omne. 2. C.
cõmu. de legat. iuncta glos. verbo dire-
ctis, concors est omniũ scribentiũ sen-
tentia, vt per Menoch. præf. 55. n. 4. li-
br. 4. alios tradens Michael. Crafs. re-
cepta, senten. §. substitutio, q. 4. † Et li-
cèt ex magistrali senten. Bar. in d. l. Cẽ-
turio, n. 15. & 16. ab aliquibus obserue-
tur, verba directa in duplici fore diffe-
rentia, vt quædã sint Ciuilia directa, vt
verbũ instituo, verba hæres esto, de qui-
bus loqui dicunt l. verbis ciuilibus 7.
de vulgã. quædam vero simpliciter di-
recta & non ciuilia, qualia esse volunt,
verbum accipiat, & verbum capiat, ab
aliquibus dixi (consulto) obseruari, vt
per Rip. in d. l. Centurio, nu. 71. Eman.
Acost. erudite procedens in c. si pater
1. pater verbo moreretur, n. 13. Pereg.
de fideico. art. 34. n. 49. † Nihilomin⁹
tamen, talis distinctio tanquã nulla iu-
ris autoritate (saltem legali) fulcita re-
futa-

futatur, vt per Iason. in d. l. Centurio.
n. 2. & in l. præcibus, C. de impuber. n.
9. ver. certa. Couar. in d. c. Rainuntius,
§. 9. n. 6. Crafs. d. q. 4. n. 2. & ingeniosẽ Fa-
ber de error. decal. 34. error. 2. circa
medium vers. est autem longe absur-
dior. † Nec aliquid pro Bar. distinctio-
ne desumi potest ex d. l. verbis ciuili-
bus de vulgã. non enim verba ciuilia
directa & peculiaria ibi reperies, quæ
dici possint separata a verbis ciuilibus
tantum, sed solummodo de verbis ciui-
libus in eo textu fit mentio: ex quo fit.
verbum ciuile fuisse sinonimum ad
verbum directum, quod per verbum
imperatum ciuile, & legitimum de-
monstratur, quod idem sonant, vt colli-
gitur ex allegatis per Gouean. ad l. Cẽ-
turio. vbi Lanfranc. de Oriano, num.
21. & Alciat. numer. 15. & lib. 10. Pa-
rergon. cap. 1. Connan. lib. 10. comen.
iur. ciuil. cap. 8. numer. 9. Cuiat. lib. 11.
obseruatio cap. 25. Anto. Faber. de er-
rorib. decal. 34. error. 4. † Obliqua au-
tem verba, quæ etiam per sinonima if-
ta, præcaria, inflexa, præcativa, & ille-
gitima, designari solent, sunt illa, quæ
è contrario ad hæredem & ad commo-
dum illius, vel alterius quam testato-
ris diriguntur; vt sunt verbum resti-
tuat, verbum Rogo, Peto, Mando, Iu-
beo, Cupio, Opto, Volo, Desidero,
de quibus omnibus & alijs per Iusti-
nian. in §. fina. de singul. reb. per fidei
commis. relic. glos. communiter secu-
ta verbo directis in l. eam. quam C. de
fideicommiss. & tradunt supra addu-
cti DD. signanter Bart. consil. 3. num.
1. part. 1. numer. 5. C. de reuocand. Co-
uarruu. dict. §. 9. numer. 5. Forcatulus
dialog. 14. numer. 3. Crafs. dict. quæst.
4. numer. 3. communia demum verba
sunt, quæ vtrisque substitutionibus &
directis, & obliquis deseruiunt, & quæ
denotant facultatem capiendi, tam ex
manu propria, quam aliena, & quæ cõ-
muni vsui adaptantur inflexorum, seu
obliquorum, & directorum vim assu-
mendo, vt sunt verbum, pertineat, ver-
bum succedat, perueniat, & reliqua

Bart. vbi supra Couarr. numer. 4. in
supradictis locis; † Vnum tamen in hæc
materia (communium verborum) præ-
notandum est, vt hoc quod diximus de
communi vsu adaptandis intelligan-
tur, non simul & semel, sed vt ex volun-
tate testatoris, verba sua natura obli-
qua, directo accipiuntur, & è contra
verba sua natura directa, obliquentur;
de quo patet nobis exemplum in l. co-
heredi 41. §. cum filia de vulgã. Vbi
videmus, quod verbum † restituat, ibi
positum ex sui natura præcarium est,
& inflexum, vt docet Bart. in l. Centu-
rio. numer. 45. de vulgã. Oddo. in tra-
ctat. compendio. arti. 1. verbo resti-
tuat, & tamen ibi in illo textu, ex quo
refertur ad testatorem, fit directum, ve-
luti si quis dixerit, mortuo filio meo
quem hæredem institui, restituo Titio
hæreditatem, vt erudite expendit Bal-
dus in l. humanitatis, C. de impuber.
numer. 35. receptum dicit Corne. ibi-
dem, numer. 83. † Hoc idem videbis
in verbo, det, ex sui natura inflexum, l.
fundi Trebatiani 38. de vsufruct. lega.
vbi glos. 1. Bart. in dict. l. Centurio nu.
41. Crafs. vbi supra, quæst. 5. numer. 22
& si referatur ad testatorem, fit dire-
ctum, veluti si quis dixerit, mortuo fi-
lio hæreditatem, do Titio, nullus ne-
gabit directum fieri, sicut non negauit
Ias. in l. cum filio, numer. 7. † E contra-
rio, quod quandoque secundum testa-
torum voluntates, verba directe fiant
præcativa patet, quotiescunque testa-
tor ministerium, & actum hæredis exe-
gerit, vt colligitur ex l. ex facto 17. ad
Trebel. & ex l. si seruus 108. §. qui Mar-
garita de legat. 1. l. Titia. 34. §. Titia.
l. peto 69. in princip. l. miles 75. l. cum
quis descendens 37. §. nuptura de lega.
3. in his enim iuribus demonstratur, †
fideicommissum per directa verba de-
monstrari posse, nedum per considera-
tionem, cum quo testator alloquatur,
vt volunt communiter interpretes, sed
per considerationem ad quem volun-
tatis intentio dirigitur, latè Anto. Fa-
ber. coniectura. libr. 4. cap. 2. videndus
crio

etiam Oddo de compendiosa post pre-
ludia part. 4. vbi de varijs regulis ad
dignoscendam naturam directorum,
obliquorum, vel communium verborum.
14 Et licet ista verborum commu-
nium descriptio communiter recepta,
ab omnibusque (de compendiosa ver-
ba facientibus) approbata. nullo iuris lo-
co comprobari possit: quia quem di-
cunt interpretes pro illis vrgere ad
probandum, verbum (substituto) com-
mune esse, nempe l. iam hoc iure 4. de
vulga. in illis verbis (hoc communi ver-
bo eosque inuicem substituo) non cla-
re deducitur, verbum substituo fuisse
commune, nec prolatam fuisse ibi a iu-
re consulto dictionem (commune) ad
denotandum, verbum substituo fuisse
commune, sed potius vt intelligerem
substitutionem fuisse communem, vel
reciprocam. inter institutos; & conse-
quenter sensus illius versiculi est, quod
illa formula substituendi; (eosque inu-
icem substitutio) sit communis inter
honoratos, & sic dictio illa, (inuicem)
25 communionem facit, non vero verbu
substituto; quasi apertius textus dice-
ret, vt facta inuicem substitutione, vti-
litas ex ea proueniens, communis sit,
non quod exinde fiat, verbum substi-
tuo communem a iureconsultis appel-
lari, & nominari; Et his sic expensis, &
consideratis Anto. Faber. cuius fuit
hac observatio (ne nostra aliena facia-
mus) de error. decal. 34. error. 2. disce-
dit ab hac communi diuisione trimem-
bri, asserens & non dari in iure vltra di-
recta, & obliqua, aliud genus verboru,
16 maximè in vna oratione, & vnica ver-
borum formula. Incompatibile quidè
est, vt quis vno eodemque verbo, & ro-
get & Imperet, nisi dicamus in Princi-
pe cuius rogatus (vt in adagio est) man-
datum est, vt dicebat Anasta. Germo.
de sacro. immunita. lib. 2. cap. 17. versi-
ficut in Imperatore & Non enim magis
17 id fieri posse testatur, quam flare &
forbere simul & semel, quibus addit (vir
ille) nullum locum inuenisse in iure,
de communibus verbis agentem, de di-

rectis vero & obliquis ceterosimod; sed
tamen licet hæc subtiliter & ingenio-
se, euidenterque considerata & perpè-
sa sint, ceterum quia ab omnibus, su-
pradictam trimembrem diuisionem
obseruatam & Video, tam ab antiquo
18 ribus quam recentioribus, quorum tra-
ditionibus visa est constitutio nostra
assentiri, & de necessitate sponit, ver-
ba communia in iure dari, super quibus
tota illius dispositio fundatur; ideo tra-
ditione supradicta non secuta, sed ha-
bito pro constanti, verba omnia fuisse
in triplici differentia, directorum, præ-
cariorum, & communium, & vnaque-
que suam habere naturam, videndum
est nunc, verba nostre constitutionis,
& glofe quorum naturam ex supradic-
tis assument; ista enim sunt, *torn*,
idest reuertatur, vel reddat, *se deuol-
lut*, idest deuoluatur, *peruenga*, idest
perueniat, *substitutus*, hoc est substi-
tuo, quorum natura cognita, facilis erit
sensus constitutionis nostræ. & Adest
19 igitur in primis verbum, *torn*, idest re-
uertatur, quod enim commune iudice-
tur nullus dubitabit, si consideret ad
vtrumque vsum posse adaptari; quis e-
nim si voluerit directam facere & or-
dinare substitutionem, loqui in pro-
priè iudicauerit, si formata fuerit, sub-
stitutio hoc pacto, si filius meus impu-
bes decesserit, bona reuertantur ad Ti-
tium; vel si in obliqua dixerit si sine fi-
lijs decesserit, reuertantur ad Seium,
nonne congrue communi vsui adaptā-
tur; & vtrique substitutioni deseruire
poterit hoc verbum reuertatur; quod
sufficere diximus ad (commune) iudi-
candum, & vt tale iudicauerit Bart. in
dict. l. Centurio, numer. 53. Ripa 194.
Tiraquel. l. si vnquam verbo reuertatur
nume. 6. & noster Mier. hic num.
33. Oddo de compen. arti. 7. verbo re-
uertatur Alexand. Trentasinq. de sub-
stitu. part. 4. cap. 4. numer. 21. & si ver-
bum, *torn*, vertatur ad latinum verbu
reddat, similis erit nature, vt per Bart.
n. 52. in l. Centurio & Ripa 191. &
Mier. dict. numer. 33.

sequi-

Sequitur etiam in textu, verbum, *se
deuolut*, vel deuoluatur de cuius natu-
21 ra quod sit commune, nullus negauit
Bart. in dict. l. Centurio, numer. 54. &
in l. 2. de alimen. & cibarij. lega. Felin. in
cap. in presentia in princip. de probat
vbi latè Aretin. nota primo Ripa, nu.
194. Socin. & Galiau. numer. 534. in
dict. l. Centurio, Crafs. dict. quæst. 5. nu-
mer. 11. & noster Mier. hic numer. 33.
qui allegat text. in l. 3. de alimen. & ci-
bar. (quam ego non allegarem) solum
possit probari hæc traditio in l. Lu-
tius 45. in fin. de vulgar. quis enim ne-
gabit, posse hunc verbum, deuoluo, a-
daptari ad fideicommissum, & ad vul-
garem dicendo, si hæres non erit bona
deuoluantur ad Titium, vel si decesse-
rit sine liberis deuoluantur in Seium,
nonne vtroque casu congrue testator
alloqueretur: certissimum quidem est
legitime testatorem alloqui, & recen-
tissimè tenet Alexand. Trentasinq. de
substituto. part. 4. cap. 4. numer. 28. & de
verbo etiam, *perueniat*, concors est om-
22 nium interpretum opinio, commune
appellandum esse, duce Bart. in d. l. Cé-
turio 10. numer. 48. Ripa, numer. 188.
Iaf. 37. Galiau. 526. Alciat. in l. perueni-
re numer. 5. de verbo. significat. Crafs.
dict. quæst. 5. numer. 14. omnes addu-
cetes tex. in l. hæres mei 57. in prin.
& in §. cum ita ad Treb. & in l. de emā-
cipatis, C. de legitim. hæred. quod si ex-
te per verbum hoc perueniat formes
pupillarem, vel fideicommissariam, ma-
nifesta tibi fiet hæc communis obser-
23 uatio. & Minus difficultatis erit in ver-
bo, *substituto*, postquam omnes expen-
derunt & induxerunt, tex. in l. iam hoc
iure 4. de vulgar. trahendo illa verba
(hoc communi verbo eosque inuicem
substituto) ad denotandam naturam ver-
bi substituo, ad quod asserunt referen-
da fore illa verba, (hoc communi (vt il-
- 134 Forma tunc demum potest per equipollentia adimpleri, quando forma respicit certum effectum.
- 135 Conditiones voluntarie nō possunt per equipollentia ad impleri, limita n. 137.
- 136 In voluntarijs conditionibus voluntas sola testatoris consideratur & non effectus.
- 138 Declaratur l. fideicommissa. l. i. §. si cui de legat. 3. & de Antonia huius §. in l. mulier. 23. ad Treb. varia traduntur.
- 139 Diuinitio ad iura concordanda quādo est necessaria, non est prohibita in iure.
- 140 Stipulationis requisita, ad illius validitatem, non possunt per equipollentia ad impleri & n. 141.
- 142 Pactum nudum, nullam producit obligationem, etiam si deductum in obligatione prestetur per decem annos.
- 143 Testamentum sic ordinatum a testatore, ut pro testamento valeat illud quod reliquerat ordinatum in quadam sedula manu sua confecta & recondita penes Guardianum Santi Francisci, an sit legitimum.
- 144 Forma in ordinandis testamentis tradita in l. inbemus C. de testa. cū respiciat certum effectum potest per equipollens ad impleri.
- 145 Prohibitio Trebelianice que per verba expressa potest a patre fieri an id possit fieri per equipollens, & intellectus ad constitutionem. 27. anni. 1599.
- 146 Probemialia inducunt causam finalem legis.
- 147 Causa finalis constitutionis. 27. anni. 1599. fuit conseruare subditorum, patrimonia.
- 148 Verba generalia legis seu statuti, restringuntur solum ad casus qui comprehendendi possunt sub legis ratione expressa.
- 149 Mentio de filijs facienda in ordinandis testamentis, an esse debeat dispositiue vel sufficiat enuntiatue.
- 150 Verba enuntiatua premaxime in institutionibus nunquam disponunt.
- 151 Didacus Couarruias respuitur & illius sententia impugnatur.
- 152 Institutio filij an presumatur ex formula

- formula substituendi a Gallo Aquilio inducta.
- 153 Testamentum factum sub forma Galli Aquilij de qua in l. Gallus nec de iure comuni nec Cathalonie sustinetur.
- 154 Mentio filiorum facienda per nostram constitutionem non facit validam formulam Galli Aquilij.
- 155 Plus vel minus non mutant substantiam rei nec faciunt illam differri specie.
- 156 Filius nullatenus mentionatus in testamento patris ut voluit constitutio nostra, an possit preteritionem approbare remissive.
- 157 Preteritio illa sola facit nullum testamentum patris que mala mente proponitur facta idem in exheredatione n. 158.
- 159 In casu nostre constitutionis non potest presumi an bona vel mala mente preteritio sit facta & numer. 160.
- 161 Dispositio glose nostre ut sola mentio filiorum validet testamentum patris an idem sit in testamentis filiorum & n. 163.
- 162 Preteritio illorum quibus legitima debetur vitiat preterientium testamenta.
- 165 Expenditur constitutio una sub titulo de fills y pares preteritis.

E, SIS VOL PER DRET DE LEGAT, O PER QV ALSE VOL ALTRA MANERA POSAT, QVE NO PER dret de institutio de fill, ò de altres infants, en lo testament sia feta mencio, lo testament per so no dexa fer irritat, ò esser dit irrit, ò nulle.

ID EST.

Et siue iure legati, vel per quemlibet alium modum positum, quam per ius institutionis filij, aut Aliorum infantium, in testamento facta sit mentio, ex hoc testamentum, non fiat irritum, aut irritum vel nullum dici.



CONQUIESCERE facit presens nostra constitutio in parte huius glose quā plurimas ingenitque difficultates quarum veritatem perstringere (visis communium interpretum tra-

ditionibus) non minime difficultatis esse reperio, ut ex superioribus videre poteris: sed non inter relatas minor est, quam presens glosa resolvere, & conquirere facit; nunquid legitima titulo tantum legati sit filijs relinquenda, an vero necessarius sit titulus institutionis; de iure autem communi vincit

cit opinio Interpretum, desiderans ho-
norabiliorem titulum institutionis vt
per Bart. in autentica nouissima C. de
inoffi. testa. vbi glo. verbo titulo Bal.
& Salice. in l. fina. C. fami. ercif. Alex.
in l. inter cetera n. 6. de lib. & postum.
Ias. in d. autentica nouissima. n. 16. C.
inoffi. & in l. hacconsultissima. §. ex im-
perfecto. C. de testa. n. 4. Bened. c. Rai-
nuntius verbo in eodem testamento n.
132. vbi Couar. §. 1. n. 3. Gom. l. 3. Tau.
n. 57. Anto. de Padill. in l. eam quam.
n. 76. C. de fideico. Gutier. de iura. Cō-
fir. 2. parte. c. 3. Molin. de primoge. lib.
2. c. 15. n. 15. Aluar. Velaf. consul. 23.
Boer. decif. 267. Tefau. decif. 58. Alios
cumulat Ceuall. contra communes. q.
23. Xuar. in l. quoniam in prioribus li-
mita. 15. C. de inoffi. Brunore a Sole
in suo compendio iuris resolutorio
verbo legitima Craf. §. testamentum.
q. 11. n. 10. & §. legitima. q. 42. n. 1. Pe-
regri. de fidei. arti. 35. n. 55. † Omnes
enim concordant, iure nouissimo au-
tenticorum inductum fuisse, vt tit. ho-
norabili institutionis relinquatur. Fi-
lius enim nisi specialiter instituatur.
vel exheredetur, (pro forma testamen-
ti) facit irritum & nullum testamen-
tum, secundum Iaso. l. Gallus. §. in om-
nibus. 3. nota. de liber. & posthu. per
illum tex. loquentem de parte aliqua
filio instituēdo, intelligi debeat de le-
gitima † Est enim de hoc re notissima
illa nouella Iustiniani. 115. in auten-
tico vt cum de appellatione cognosci-
tur colla. 8. in §. aliud quoq; capitulum
vbi Iustinianus legem indixit patribus
& matribus, omnibusq; ascendenti-
bus, quibus imposita est necessitas
de iure, instituendi, vel exheredan-
di, vt non liceat eis exheredes in suo
testamento facere descendentes,
vel illos praterire, taliter quod de-
bitam his portionem titul. legati vel
fideicommissi relinquendo non suffi-
ciat; sed quod omnino necessitas
sit, vel instituendi, vel iusta adie-
cta causa exheredandi; ex quo colli-
gitur manifestè, quod si nulla vigeat

causa exheredationis, nullo alio mo-
do testamentum Paternum † vel
aitum valere possit, quam quod filius
proponatur institutus, etiam in legiti-
ma sibi debita iure natura; alias enim
si Iustinianus ita non intelligeretur,
non possit firmari, aliquid noui per
Iustinianum inductum: ante Iustinia-
num enim, iam obseruabatur, vt qnam
uis legitima quocunq; relicti titulo
proponeretur, validum fuisset testa-
mentum, tamen certum erat non alias
valitarum, quam si filius vel institue-
retur vel exheredaretur vt in l. inter
cetera. 30. cum similibus vulgatis de
libe. & posthum. reperies. † Princi-
pale enim testamenti ius erat, libero-
rum exheredatio vel institutio, quo-
ties enim quærellæ locus erat, neces-
sario supponendum erat, filium institu-
tum, cum per querellam rescindatur, &
quod nullum erat (per omissionem in-
stitutionis vel exheredationis) non
erat necesse recindi, quod per quærel-
lam consequitur ad l. nam & si in fine
Pincipij. ff. de iniusto. rup. irritoq; fa-
cto testame. hæc igitur controuersia
(quam mirifice contra omnes agitat
Anton. Faber. de Error. præcma. dec. 14.
Error. 6.) Cessat post nostram
constitutionem, & glosam permi-
tentem, parentibus licere filiis suam
debitam portionem relinquere, quo-
cunq; titulo, vel legati, vel fideicom-
missi, & quod sufficiat vt de illis facta
sit mentio in testamentis, & vltimis
voluntatibus.

Ex quo enim colliges, solam præ-
teritionem in Cathalonia irritum
facere testamentum paternum, non
tamen dicitur præteritus (de iure
municipali) ex quo titulo legati vel
fideicommissi aliquid relictum est,
sicut talis diceretur de iure commu-
ni, licet non propriè & strictè be-
ne tamen secundum formam, vt di-
ximus supra, & declarat Deci. in
leg. 2. numer. C. de bono. possef.
contra. tabul. † Sed tamen non est
inferendum, per dispositionem nostræ
glose,

glose, ex quo disponit, quod dummo-
do sit facta mentio de filiis, exinde se-
quatur filium deberi contentari, reli-
cto, etiam minimo: nam si minus legi-
mæ portione filio debita, in paternis
bonis relinquatur, ad supplementum le-
gitime agere, non erit per nostram cō-
stitutionem prohibitum, nec dicitur
talis aditio exclusa, quam habet filius
alege omnimodo. 30. per Iustinianum
illius autorem C. de inoffi. testa. indu-
ctam: ad cuius terminos erit regulan-
da glosa nostra, de cuiusquidem reme-
dij supletorij materia, larè egit Bacha-
laureus ille Xuares in repetitione l.
quoniā in prioribus. n. 11. & 12. Spin.
in specu. testa. glo. 17. n. 32. Benedic. in
c. Rainuntius verbo alteroq; n. 10. † Be-
ne tamen, & iuridice inferre poteris
ex nostra glo. per intellectum a con-
trario sensu; quod si in testamento pa-
terno vel auito, nulla de filio vel nepo-
te in potestate constituto facta repe-
riatur mentio, tale testamentum sit
ipso iure nullum, ex defectu forme;
vt in simili colliges ex d. l. omnimodo
in vers. finali ibi nihil eis penitus reli-
querint a qua quidem dispositione est
suplenda glosa. nostra, (vt dixi) ex quo
casus iste in ea est omissus, & sic succe-
dit regula, quod in ommissis per legem
nouā, recurramus ad disposita per le-
ges antiquas & veteres. † Et talis nul-
litas in tantum protrahitur, quod ad-
huc filio tacente & nil oponente, ex
quo per defectum forme sit nullum,
non sustinetur talis ordinatio vt col-
liges ex l. si filius qui in potestate. 7.
de liber. & posthum. iuncta Iaso. doctri-
na in eodem textu. & idem colliges,
ex §. 1. insti. de exheredat. libero. &
est communis obseruatio teste. Deci.
in l. 2. n. 9. C. de bonor. possef. contra
tabul. Bened. c. rainuntius verbo in eo-
dem testamento. l. n. 105. Tiraq. l. si vn-
quā verbo reuertatur n. 2. C. de reuo-
can. donat. Anto. Gom. l. 22. Tau. n. 24
ver. secundo facit tex. vbi allegat. tex.
in l. si post. mortem. 5. de bono. possef.
contra. Tabul. † Forme enim renuntia

ri non licet per tacitum consensum,
vt mirabili distinctione adducta de-
clarat. Alexa. Trentaf. varia. resolu. lib.
1. tit. de legibus resolutio. prima n. 10.
ver. secundus casus & sic hanc eandē
sententiam secutus est Iul. Clar. recep-
ta. senten. §. testamentum. q. 43. n. 21.
vbi de euidenti utilitate huius que-
stionis.

Est tamen aduertendum, quod non
adeo est nullum testamentum vitio
præteritionis affectum, quod sine ali-
quo iudicis ministerio, venientes ab
intestato hæreditatem dire possint,
nec hæreditas ab hærede scriptio ve-
ni at statim auferenda; ad huc enim ta-
li nullitate vigente, necessaria erit iu-
dicis declaratio super nullitate. Filius
enim præteritus, debet suum ad ire iu-
dicē, illum nempe, qui de hæreditate
cognoscere poterat, vt super nullita-
te ius dicat, qui causa cognita, iudiciū
ferat, cum citatione partis, & alijs iu-
dicij obseruationibus adhibitis, de qui-
bus lata manu Spin. in specu. testa. glo.
20. princi. n. 109. † Clausula enim ipso
iure hoc idem exposcit & postulat, vt
cum in cursione nullitatis, concurrat
ministerium iudicis, super facto nulli-
tatis, vt per Gomes leg. 48. Tau.
numer. 1. latissimè Mariensio leg. 1.
titul. 1. libr. 5. noue Collectio. Regie
vbi quadraginta exemplis adductis
hanc regulam Illustrat, post Mantie.
de coniectu. vltimar. voluntat. lib. 7.
titul. 10. numer. 32. Tiraquel. l. si vn-
quam verbo reuertatur numer. 11.
Bouadill. in sua politica libr. 1. cap. 7.
nume. 30. † De quo habes iura præter
doctrinas, textum nempe Elegantem.
in c. licet Episcopus. 28. de præben. in
6. vbi videmus quod licet per ademp-
tionem secundi Beneficij, curam ani-
marum habentis, vacet ipso iure pri-
mum, per tex. in ca. de multa. 28. de
præben. extra, & Episcopus possit
primum Beneficium Conferre, cum ip-
so iure vacet, tamen possessio dicti
priui Beneficij, non auferitur a se-
cundo obtinenti, sine cognitione

causa, cum possit eidem ius retinendi competere ut dicitur in dict. cap. licet Episcopus, & sic auditur ad allegandas exceptiones retinendi, & verba dicti capituli tenebis menti ¶ Quod licet possessori Beneficij nulla competeret defensio, adhuc habebit locum dispositio capituli licet Episcopus, non enim reuera debet competere, sed solum quod possit competere, quamuis realiter non competeret; pro quo facit tex. cum glo. verbo constitit in Clemen. fina. de Censib. ¶ ubi exigentes vengalia a Clericis, ipso iure excommunicantur, & tamen declaratio iudicis super incurfione excommunicationis desideratur, cum prius debeat constare iudici, de facto saper quo excommunicatio fertur, & ut constet vere & realiter, ¶ Non aliter adimpleri potest quam per partis citationem ut deduces ex tex. in l. eius qui delatorem. 29. de iure fisci ubi si accusatus de aliquo Crimine delatorem corumpat, habetur pro conuicto, & consequenter pro Confesso, & tamen executio pene in qua incurritur per corruptionem quam habes in l. imperatores. 34. eodem met tit. de iure fisci non intentatur, nisi prius constet iudici de facto, scilicet de corruptione, de qua non potest constare nisi delato audito, & Scitato ¶ Quamuis igitur preteritione filij testamentum fiat & sit nullum ipso iure, adhuc erit necessaria sententia iudicis declaratoria, super facto preteritionis; non quidem ad esse pene, sed ad executionem pene, quia in penis ipso iure incurfis, licet sit necessaria sententia declaratoria ut in c. cum secundum de hereti. in. 6. Non ¶ desideratur sententia ad essentiam pene, sed solum ad illius executionem ex sententia & teorica Riuini. in rub. solu. matr. n. 365. Petrus Barbof. in l. si ante solu. matr. n. 30. vnde cum testamentum fiat nullum ipso iure, existimo (præter omnes) hanc ¶ Exceptionem nullitatis a quocunque etiam non filio opponi posse, allegari, & probari:

Fundatur eum ex illa doctrina magistralis Bartol. in l. his consequenter. §. 1. famil. eriscun. approbata per Tiraq. in l. si vnquam verbo reuertatur n. 290. Oldra. con. 124. Bal. in c. quæ in Ecclesiasticarum de constitu. n. 16. & in l. ex facto de vulga. Barbof. in d. l. si ante. n. 29. in fin. sol. matr. qua Cauetur quod de pena ipso iure incurfa, quilibet opponere potest, quia allegat ius omnino exclusiuum iuris agentis; Et ¶ sic quando dos vel donatio propter nuptias amittuntur ipso iure, in casu nempe quo inceste nuptie contrahuntur, ut in autentica incesta. C. de incest. nup. c. cum secundum de hereti. in. 6. tunc quilibet de iure isto (licet fisco solum competat) opponere potest, ut tenet Bart. in l. fina. ad finem. ff. de cõdic. fin. Cau. vbi fulgo. n. 8. Iaf. n. 4. Nouel. de dot. 11. parte principali. n. 14. Barbof. vbi supra; Concludamus igitur, quod sine agatur ad executionem pene ipso iure impositæ, siue ad esse pene, pars erit citanda, cum possit ei aliqua exceptio competere ¶ Quando vero constat a notorio, nullam exceptionem posse competere, nulla erit citatio necessaria ut colligere poteris ex tex. in c. licet Episcopus. 28. supra allegato de præben. in. 6. expendendo duas particulas illius ibi cum tibi forsitan ius possit competere retinendi si enim expeditas verbum possit & dictionem, forsitan resultabit, quod quamuis Clericus nullam priuationis probet causam, priuatio aliter facta ab initio, sit ipso iure nulla, quidquid postea sequatur: quando igitur certum est, nullam competituram exceptionem, non erit citatio necessaria.

Et in his terminis est intelligendus tex. in c. repræhensibilis. 26. de appellat. extra, vbi excommunicatio sustinetur pro facto notorio, & denuntiatio ex communicationis similiter, etiã illo non citato nec audito; nam decisio illa est intelligenda de facto adeo notorio, de qua a notorio constabat, nullam competere, nec competere

petere posse defensionem ex sententia Panormira. in cap. cum sit Romana. numer. 18. de appella. & in cap. cum olim, numer. 21. de senten. & re iudi. Deci. in cap. peruenit primo illius nominis, numer. 3. de appellat. Couarru. in cap. alma mater. par. 1. §. 9. numer. 5. de senten. excom. in 6. Quãdo ¶ igitur excommunicato, nulla competit, nec competere potest defensio, quo casu dicitur factum effici notorium, ut per Cursum Senio. consil. 20. tunc non est citatio necessaria; quando vero excommunicato possit competere defensio, licet reuera ei non competat, tunc citatio erit requirenda. ¶ Colliges etiã ex prænarratis, intellectum ad tex. in l. 2. C. de iure emphyteu. vbi emphyteotæ cessans per triennium a Canonis solutione, perdit ipso iure dominium vtile, & tamen possessio ab eo non auferatur, nisi legitime citetur, & audiatur, possit namquẽ exceptio forsan sibi competere, ut per Matthæ. de Affict. in cap. 1. de feud. sine culpa. non amittent. in libr. feudor. & faciunt dicta per Iason. in dict. l. 2. C. de iure emphyteu. Aluar. Velaf. de iur. emphyteu. quæsti. 41. numer. 17. Regulariter igitur concludamus, ¶ quod ab hærede instituto in testamento, in quo filius reperitur præteritus, non est hæreditas auferenda illo inaudito, & non citato, cum possit sibi aliqua defensio competere; sunt enim in iure casus, in quibus nullitas non inducitur per preteritionem filiorum, quos enumerat Iaso. in l. si filius qui in potestate de iniust. rupr. & Alex. in l. si quis maior. numer. 13. C. de transac. & sic quod filius sit audiendus, notauit Spin. in specul. testam. glofa 20. princip. numer. fina. Gamm. de cif. 174.

Et adeo hæc forma institutionis, vel exheredationis filij in potestate constituti in testamento desideratur, quod non solum præteritio expressa reddat nullum testamentum, sed etiam quando reperitur casus, qui deueniri poterat ad eum, in quo filius inueniri se

possit præteritus, quod contingit, quãdo filius instituitur sub condicione casuali vel mixta, & in illam defectum nihil disponitur, tunc sanè casus, cum ob defectum conditionis, filius inueniretur præteritus testamentum est nullum, ut colliges ex text. in l. si pater 4. C. de instit. & substi. de ¶ cuius legis intellectu Roder. Xuar. multa expendit in l. quoniam in prioribus ampliat. 1. numer. 1. cum sequen. lul. Clar. §. testamentum, quæsti. 39. Acost. in cap. si pater verbo eidem filia, numer. 28. de testam. in 6. Spin. in specul. testam. glofa 20. princip. numer. 31. & idem colliges ex l. ventre. 83. ff. de acquir. hæredit. quamuis ¶ enim constitutio nostra solum desideret mentionem fieri de filio, ut testamentum nullum vel irritum non fiat, & per institutionem sub condicione casuali vel mixta, facta reperitur mentio de filio, nihilominus tamen ex quo idem inuenitur periculum, ob defectum conditionis, in quo filius inueniretur præteritus, dicendum est, testamentum etiam nullum dici per nostram constitutionem, si filius sub casuali, vel mixta condicione instituat, per illa duo iura superius adducta, a quorum terminis regulatur constitutio nostra, cum per eam sit de casibus omissis; & consequenter erit obseruanda forma per Imperatorem, tradita in dict. l. si pater, ut filius in defectum conditionis exheredetur, ne eueniat casus in quo, filius reperitur præteritus, quo casu eueniente, testamentum erit nullum, ut per glof. 2. in dict. l. si pater & latè Roder. Xuar. vbi supra.

Cæterum videndum erit de questione illa apud veteres & recentiores agitata, nunquid decisio. dict. l. si pater sit correctæ, & inmutata, per dispositiones legum quoniam in prioribus, & omnimodo, C. de inoffic. testam. agentes de suplemento legitime, & de reijciendo onere, grauamine, & condicione a legitima, ut adaptari ad nostram constitutionem possint. DD. antiqui

quos recenset Roder. Xua. in dicta amplia. prima. numer. 2. in versicul. & in hac questione vbi recenset Iacob. de Rau. Guillel. de Cune. Cin. Abiguel. Bald. Fulgos. & alios, in hac fuerunt opinione, vt non censeatur correcta dict. l. si pater, omisis varijs ratiocinationib⁹ per eos adductis, & a Xua. recēdit; quæ mihi magis cōgruit illa fuit; ³⁰ ¶ Nempè, quod l. omnimodo, & l. quoniam in prioribus loquantur in casu in quo, testamentum erat validum, & solum in illis iuribus dubitabatur, nunquid filius posset rescindere testamentum Paternum, regulis iuris antiqui seruatis, ac dispositis in l. cum quaeritur 6. C. de inoffic. testam. vnde consequitur necessario, quod memorata iura supponat, quod omni alio respectu testamentum erat firmum, & validum; cum igitur in casu dict. l. si pater, testamentum ab initio sit nullum ipso iure, ex defectu forme, dicendum est memorata iura quoniam in prioribus & omnimodo nihil disponere quo ad correctionem dicte l. si pater ex sententia Deci. in dict. l. si pater, numer. 18. ¶ ³¹ necessario igitur dicendum est, supponere prædicta duo iura, testamentum paternum valuisse, quod insinuare videntur verba dict. l. omnimodo ibi (*firmiter quidem sit testamentum*) & ibi (*magnam & innumerabilem occasionem subuertende eorum dispositionis amputare censemus*) quæ quidem verba, non possunt comodè adaptari, nisi ad testamentum, quod subuerti per quærellam vel bonorum possessionem contra Tabulas posset; igitur validitas testamenti in his iuribus supponenda est, quamuis legitima ex integro non reperiat relicta, in casu ergo in quo pater nil filio relinquit, dicta iura omnimodo, & quoniam in prioribus nil disponunt; vt resultat ex illis verbis eiusdem, l. omnimodo, ibi (*Sin vero vel præterierint aliam quam eorum personam*) & ad dictam legem omnimodo sunt referenda verba dicte l. quoniam in prioribus, ibi: (*Hæc namque sunt priores sanctiones, quibus de*

suplemento dispositum erat) vt refert gl. in verbo sanctionibus, & sic est intelligenda dicta l. quoniam in prioribus, quæ cum veniat ad interpretationem dict. l. omnimodo, intelligenda est eodem modo quo dicta l. relata loquitur, ¶ ex regula quæ disponit, vt referens sit in relato, iuxta doctrinam Bart. communiter receptam in l. nihil de coniungendis cum emancipato liberis. Vnde dicendum est, legem quoniam in prioribus supponere validitatem testamenti, sicut & supposuisse diximus dictam l. omnimodo, quamuis impugnari posset per quærellam; cum enim illa duo iura fuerint inducta ob fauorem filiorum, intelligenda veniunt in casu quo testamentum valuisse, ¶ ne alias in eorum odium retorquerentur contra l. quod fauore, C. de legib. & sic constat, quod in casu, l. omnimodo, & l. quoniam in prioribus, testamentum paternum erat validum, quamuis quærellari per filium potuisset, ex quo legitima ex integro sibi non fuisset relicta, quod secus erat in casu l. si pater, vbi filio ante euentum conditionis potestatiue, vel mixte, & in illius defectum, nil relictum erat. ³²

Cæterum recentiores, omnes post Roder. Xua. in contraria fuerunt sententia, vt nempè dicta l. si pater sit correctata per dictam l. quoniam in prioribus, vt post eam, testamentum in quo filius in sacris constitutus sit sub conditione casuali, vel mixta institutus, conditione reiecta, & sublata, remaneat purè institutus, quam opinionem post dictum Xuarem tenuerunt moderni post Benedict. in cap. Rainuncius, verbo, *reliquit*, numer. 28. Gom. var. tom. 1. cap. 11. numer. 29. Petr. Peral. l. 1. n. 10. delegat. 2. Bernard. Diaz regul. 127 Molin. de primoge. lib. 2. cap. 1. numer. 31. & alij cumalati per Valdes. in additionibus ad Roder. Xua. in dict. 1. ampliatione in litera D. sub numer. 4. Eman. Acosta. in §. & quid si tantum de liber. & posth. Vasq. de successio. creat. part. 1. lib. 1. §. 10. numer. 196. & hæc

hæc magis communiter recepta reperitur, vt per Peregrin. de fideicommiss. arti. 36. numer. 63. & iterum consilio 51. numer. 12. libr. 4. ¶ Cuius quidem ³⁵ questionis præcipuum fundamentum desumitur, ex dict. l. omnimodo iuncta l. quoniam in prioribus si aduertas, quod in terminis, l. si pater, C. de inoff. si pater filium in potestate constitutum, in minima quantitate instituisse sub conditione casuali, vel mixta, dato sibi cohæredere, & casu quo etiam in defectum conditionis, non exhæredasset filium sic in minimo institutum, quamuis testamentum esset nullum, adhuc tamen dicto filio competere bonorum possessio. contra Tabulas, vt deducitur, ex §. eadem insti. de bonor. posces. contra Tabulas ¶ cuius effectus erat, declarare testamentum illud paternum, vicio præteritionis affectum nullum esse, vt communis Doctorum schola tenet teste Iason. in l. 2. numer. 31. in fin. C. de bonor. posces. contr. Tabul. notabat Anto. Vinuesa. in §. sunt autem, numer. 16. de bonor. posces. contra Tabul. quod optimè declarat. Michael Crafs. recep. sentent. §. bonor. posces. questio. 20. numer. 2. post Gutier. l. pater filium, numer. 17. ff. de inoff. testa. vbi alios allegat; loquens igitur lex ¶ omnimodo de testamento, quod poterat rescindi per quærellam, vel bonorum possessionem contra Tabulas, poterit legitimè, & congruè, ex ea deduci, quod filio in re minima sub conditione instituto, & in defectum conditionis non exhæredato, competat supplementum legitimè, de quo in dict. l. omnimodo de quo etiam supplemento remoueat onus & conditio, ex dict. l. quoniam in prioribus; ¶ Cum disposita in legitima vigeant etiam in supplemento illius, ex ³⁶ notatis per Rip. in l. in fideicommissariam, numer. 76. ad Trebel. Boer. decis. 5. numer. 13. Mantie. de coniectur. libr. 5. tit. 15. numer. 11. faciunt adducta, per Crafs. recep. sentent. §. legitima, quest. 16. nume. 2. Constat ergo, quod dicta iura etiam locuntur in casu in

quo, testamentum erat nullum, & nihilominus tamen tribuunt filio supplementum legitimè, ab eoque tollunt conditiones, & sublata conditione & concessio supplemento, testamentum remanebit firmum, & validum, autoritate dicta lege omnimodo; cum eo casu testamentum fulciatur omnibus solemnitatibus a iure requisitis, cum filius non ex tunc dicatur præteritus; ¶ Et sic fundamentum principale seniorum interpretum supra relatorum, ex supradictis corrui, & anulatur: cum ex illis deducatur, beneficium legis omnimodo, & l. quoniam in prioribus, non esse inductum principaliter in fauorem filiorum, sed parentum stantium, vt eorum iudicia, & testamentata conseruarentur; quamuis secundario, & ex accedenti, respiciat fauorem filiorum, vt non intentassent querellam; & in causis, semper atendi solet, quod principaliter agitur, licet ex actu desumi possit odium, & fauor, l. si quis nec causam 4. de reb. cred. & passim. in superioribus glosis a nobis obseruatum, & illustratum reperies; ¶ Et hæc recentiorum sententiam colliges etiam aprobatam ex text. in l. scimus 36. §. cum autem, C. de inoffic. testam. vbi filio relictum inuenimus fideicommissum sub conditione mortis, & consequenter sub conditione casuali, vt docet tex. in l. hæres meus 78. de conditio. & demonstra. & tamen videmus, quod conditio reijcitur à legitima, & statim illa debetur filio, non obstante quod conditione pendente filius inueniatur præteritus, cum pendente conditione nil dicatur filio relictum argumento tex. in l. si quis sub conditione dandorum decem 8. ff. si quis ommissa causa testam. iunctis his que ex multo rum traditionibus notauerat Petr. Barbosa. in rubr. solut. matrimo. par. 1. numer. 42. & numer. 49. ¶ Ex quo sequitur loqui illum tex. in casu quo testamentum erat nullum ob præteritionem; igitur post dictam l. scimus dicendum est, correctam fuisse decisionem dicte ³⁷ l. si

39

40

41

l. si pater, C. de institutio. & consequenter in casu; & terminis nostrae constitutionis, idem esse dicendum; & sic pro hac sententia text. illum in dict. §. cum autem, l. scimus ponderavit Bart. in dicta l. si pater & Roder. Xuar. dict. 1. ampliatione, numer. 5. in fine, versic. nec obstat si dicatur.

42 Et iuuatur ex alia consideratione ad dictam l. si pater, in cuius terminis, si filius in defectum conditionis exheredaretur, dato sibi coherede, valeret testamentum, nullo remedio filio relicto ad rescindendum iudicium paternum; venit modo lex quoniam in prioribus, & reijcit conditionem, & onus a legitima: quam ergo iniuria fit filio, si onus reijciatur, vel conditio, in casu quo nullum testamentum erat ipso iure per preteritionem? compenferetur enim hoc inconueniens, cum illa utilitate filio obuenta, in terminis, l. si pater, non enim est nouum vnum cum alio compensari, argumento l. de fideic. vndecima, C. de transact. eo praemaxime, cum dicte l. quonia in prioribus & omnimodo inducte fuerint in fa uore testamentum.

43 Et ex his inferere poteris, quod licet legatum relictum pro puella maritanda, non possit ante matrimonium & nuptias ab herede exigi, cum in eo insit tacita conditio si nuptiae sequantur, vt in l. stipulationem 23. ff. de iur. dorum, & dos sine matrimonio esse non possit, vt in l. 3. eod. & est communis Doctorum sententia, duce Magistro Bartol. l. Titio centum, §. Titio genero, numer. 7. de condi. & demonstra vbi Paul. Castren. numer. 4. Couarr. de testa. c. 3. nu. 1. Gome. l. 50. Taur. nu. 29. alios sciat Cra. tam istam, quam contrariam sententiam tuentes in §. legatum, q. 3. idem facit Ceuall. contra comunes, q. 138. p. 1. sed nostram hanc communem tueretur 4. p. q. 900. a num. 156. vsque in finem Thomas Sanchez de mari. lib. 7. disputatione 91. a nu. 54. q. fin. to. 2. & ex nostris Cancr. lib. 3. var. c. 27. de transmissio. n. 338. f. Hoc

tamen intellige, in ea quantitate dotis relicta, quae legitimam excedit, veluti si dotis nomine, a patre vnicuique; ex filiabus sint centum relicta, & illa centum pro portione legitimae iam competere, conditio nuptiarum reijcitur a tali legato; ex vi legis quonia in prioribus; & ratio est euidentis, nam dos in quantum non excedit legitimam, regulatur secundum limites legitimae ad l. quoniam nouella 29. ver. verum etiam in quartam, C. de inoffic. testam. tenet Tiraq. l. si vnquam verbo susceperit liberos, n. 112. C. de reuoc. dona. Meno. de arbitr. cas. 149. Cassa. in consuetud. Burgu. rub. 7. §. 1. 2. Acost. cap. si pater, verbo subsequenter, n. 21. de testam. in 6. Xuar. in l. quoniam in prioribus exten. 15. n. 2. & limita. 13. per totam; & tunc dicta conditio nuptiarum, tantum inest legato, quantum excedit legitimam iuxta doctrinam Bartol. in l. fina. §. filiae delega. 2. & in l. Titio centum, §. Titio genero de ff. condit. & demonstra. non enim praesumendum est, patrem voluisse facere quod a iure non permittitur iuxta l. Lutus, §. marit. & ibi Bar. & Paul. Cast. ad Trebel. l. Lutus 29. §. fin. ad municip. & de incolif.

46 Sed in hac materia non leuis mihi videtur difficultas, si statuto cauetur, quod stantibus filiis masculis, filiae feminae non succedant, sed illi competenter dotentur, secundum qualitatem agnationis, & quantitatem bonorum; nunquid vigente isto statuto, dos ista debeatur statim mortuo patre, taliter, vt filiae ab heredibus possint suas dotes exigere, an vero spectandum sit tempus contracti matrimonij, si enim attendimus ad supradictam rationem, quod dos sine matrimonio esse non possit, & qualitas illa dotis a statuto requisita non possit verificari nisi matrimonium sequatur, facilis erit responsio, vt necessarium sit matrimonium spectari; Quod confirmat ex eo quod tunc eo casu, & vigente tali statuto, legitima nullo modo debet filiabus, quas priuauit legitima ob iustam causam, vt bona in agnatione conseruet, cuius statuti validi-

liditate non ambigunt Doctores, vt per Deci. in l. iura sanguinis, numer. 13. de regul. iur. Socin. in optimo casu consil. 25. numer. 8. part. prima lass. in l. si quando, §. fina. circa finem C. de inoffic. testam. Couarr. ad quartum cap. 8. §. 6. numer. 3. part. 2. & nil mirum cum statutum disponere possit & suspendere solutionem in tempus contracti matrimonij, & impedire natiuitatem actionis, ante euentum illius, quamuis dos legitimam non excedat, & ratio est euidentis: nam si stante dicto statuto, filiae ab intestato succedere non possunt patri, stantibus masculis, & legitima sit tertia pars portionis, quam querit ex filiabus esset ab intestato habitura, vt in l. parentibus 8. C. de inoff. testam. glof. verbo sextans, in l. Papinia §. vnde si quis, ff. de inoffic. testam. Socin. lun. consil. 67. num. 61. p. 1. Boer. decis. 104. numer. 11. Bald. & Paul. Cast. in l. quoniam in prioribus vbi Roder. Xuar. in declaratione legis Regni, ver. ad principalem, numer. numer. 6. Et sic istam sententiam ex supra relatis, vt non debeat dos nisi nuptiae sequantur vltra Bar. in l. Titio centum 8. Titio genero de conditio. & de monstra. tenet Roder. Xuar. in dict. l. quoniam in prioribus limita. 11. Menoch. de arbitra. cas. 149. Anto. Gabr. lib. 6. comun. conclu. tit. de legitima. conclu. 1. numer. 62. & conclus. 2. num. 27. Baessa de non melio. filia. cap. 7. per totum, & nihil interest, quoad hanc obseruationem, vt statutum loquatur, quod stantibus filiis masculis filiae dotentur, siue quod filiae dote non succedant; vtroque enim casu supradicta erunt obseruanda: nam quamuis filia (cui dos a patre sui relicta) non dicatur proprie dotata, cum dos regulatur, & denominetur per matrimonium, (vt supra diximus) non tamen largo modo dicatur indotata, quo sane casu, ratio statuti est attendenda, quae fuit vt bona in agnatione conseruentur, vt docet Bart. in l. 2. §. videndum ad Tertilia. Rip. in rubr. solut. matr. numer. 62.

Deci. in l. 2. C. de in ius vocand. nec alia congrua ratio potest reddi, & sic succedit regula, quod habeatur pro expressa in statuto, iuxta glof. communiter receptam in l. quamuis, C. de fideico. Rip. l. si constante solut. matr. n. 63. & 65. Et non solum onus, graua men, vt conditio reijciuntur, virtute illius l. quoniam in prioribus a legitima, sed etiam ab omni debito legali, in quo si per testatores apponatur modus, siue conditio, reijci debent. Cuius rei primum exemplum habes in regno, quod de iure debetur filio primogenito masculo, & filiis masculis non extantibus filiae primogenite, ex famosa illa decisione Pontificia in cap. licet 6. de uot. & voti redem. cap. 2. de supple. negli. pralat. lib. 6. quo casu, non potest Rex. suum primogenitum in Regno grauare, nec illi condiciones, & modos adijcere, cum filius habeat a lege & non a patre, vt tenet communis interpretum sententia, vt per Panor. in cap. dilecti, numer. 11. ext. de arbitr. & in conci. 3. numer. 2. & 3. lul. clar. in §. feudum, quest. 73. Abb. & Felin. in cap. prudentiam de offi. de lega. Couarr. lib. 3. var. cap. 5. numer. 5. & in cap. si haeredes in fine, Pinel. l. 1. 3. par. numer. 17. C. de bon. mater. f. quamuis non negamus filium, & primogenitum Regis posse exheredari, causis, quibus alius filius inferiorum; vt per Rip. in l. nemo potest de lega. 1. ne alias daretur filio Regis occasio delinquendi, vt per Couarr. in cap. si haeredes in fine de testam. f. Et idem quod de rege dicimus, obseruandum erit in Ducibus, Comitibus, & Marquionibus, vt deduci potest manifeste ex cap. 7. §. praeterea Ducatus de prohibita feudi alienation. per Federic. in vlt. feudo. ex quo enim text. diuisionem similibus dignitatum, seu titulorum non patitur, sentire, & supponere videtur, non licere parentibus Ducibus, Comitibus, seu Marquionibus, de illis ad libitum disponere posse, f. quibus intestatis defunctis, dignitates ille non diui-

diuiduntur, inter successores legitimos eiusdem gradus, etiam si sint in primo filiorum: & consequenter euidenter colligitur, ex illo tex. vni filio tantum deberi, & non exprimendo cui ex filijs debeatur, intelligit debet de primo genito, vt deciditur, ex dict. cap. licet de voto, & cap. 2. de suplena neglig. quae iura licet canonica, suplent d. §. praterita; & ita de consuetudine feruatur teste Pinel. 3. par. l. 7. numer. 13. C. de bon. mater. Mattha. de Affict. in dict. §. praterita, numer. 21. & 31. & a tena hac consuetudine, habemus obseruantiam in hoc nostro Principatu, vt tam de illa, quam de consuetudine, testatur nobilis de Peguera in suo vsatico ne super laudimio, fol. 81. nu. 90. & fol. 75. numer. 58. Ex quibus etiam poterit firmari, Regem, Ducem, Comitem, seu Marchionem, non posse substituere secundo genitum, in casu in quo primogenitus sine masculis cederet, non enim potest foeminas primogeniti a successione excludere, quibus est ius acquisitum, filijs masculis non extantibus, nec possunt auferre ab ipsis successione cum eis sit de iure acquisita ex sententia Iaso. & Rip. in l. nemo. potest. de legat. 1. numer. 4. & 5. Et etiam similiter primogeniti filius, praemortuo auctore, seu patri primogenito praefertur in successione, excluso secundogenito, vt per Benedict. in capi. Rainuntius in verbo mortuo itaque testatore 2. numer. 103. Hoc tamen supradictum intelligitur indistincte, secus, si in agnatione progeniae, seu familia, staret consuetudo, quod stantibus masculis, filiae foeminae non succedant, et quae quidem consuetudo valet & passim reperitur in familijs Italicis secundum Iaso. in l. omnes populi, nume. 42. vbi Crot. numer. 14. de iust. & iur. Rochus de Curt. in repeti. l. fina. de consuetudi. sect. 4. numer. 62. Anto Gabr. lib. 6. commun. tit. de consuetudi. conclus. 5.

62 Oritur alia difficultas ex hac glosa, num ista mentio facienda de filijs, ad

evitandum vitium praeteritionis, desideretur etiam in filijs qui dote contenti, vel donationibus propter nuptias, renuntiarunt successioni paterne, & ad eam nullum regressum habere, iuxta tex. in cap. quamuis pactum de pact. in 6. In hac quaestione si credimus Iasoni in l. si filius, qui in potestate, numer. 10. de liber. & posthumis reperiemur, hanc praeteritionem, testamētum non vitare; & inter alia, fundatur ex ea potissimum ratione: Quod etiam filius vel filia renuntians, vigore dictae renuntiationis, excluditur a successione ab intestato, secundum doctrinam eiusdem Iasoni, in l. stipulatio hoc modo concepta, numer. 3. ff. de verbor. obligatio. Deci. in l. 3. numer. 6. C. de collatione. Covarruu. in ca. quamuis pactum 3. par. relect. §. 3. numer. 5. Anto. Gomez. l. 22. Taur. numer. 8. & 9. Gutier. in dict. cap. quamuis pactum, verbo, omnino seruari debet, numer. 1. cum seqq. ex nostris Michael Ferrer. 3. per obseruātia. Reg. Audien. cap. 474. & Cancer. lib. 1. var. cap. 4. numer. 40. et si igitur successio ab intestato non deferretur filio renuntianti, astantibus alijs filijs, & legitimae petitio reguletur a causa intestati, iuxta dictum glos. communiter receptum in verbo, sextans, in §. vn de si quis, l. Papinianus de inoffic. testa. & colligitur ex l. parentibus, & l. cum queritur, C. de inoffic. vbi asseritur legitimam fuisse tertiam partem portionis, quam erat filius habiturus ab intestato, nihil mirum si desumatur consequentia, filius non succedit, ergo non habet legitimam, vt docet Iaso. in l. si quando, §. fin. numer. 11. C. de inoffic. testam. Socin. Iunio. consil. 67. numer. 61. lib. 2. & e contra filius non habet legitimam, ergo nec ius succedendi ab ab intestato, non erit ergo in congruum cum Iasone affirmare etiam praeteritionem filiorum, qui renuntiarunt successioni paterne, ad terminos, c. quamuis pactum, non vitare testamenta paterna; & sic sine alea & controuersia esse testatur, Iacob. Cancer. (multis adductis) lib.

lib. 3. var. cap. 15. de renuntiationibus, numer. 6. quod iam firmauerat, cap. 4. de testam. numer. finali par. 1. & ante omnes Guido. Pap. in suis quaestionibus 295. & 598.

66 Sed tamen quamuis supradicta dicentur summa equitas, & summa ratio; summum tamen ius contrarium suadere mihi videtur, illius rigore mero auctore, siue ius pandectarum (vt in l. inter cetera 90. de liberis & posthum. & ferè toto illo tit) inspicias, sine ius nouum Iustiniani, traditum in dict. §. aliud quod capitulum: siue ius nostrum nouissimum municipale, sub hac nostra constitutione, & glos. contentum consideres, vbi mentionem de filijs, pro validitate testamenti in testamentis paternis fieri iubetur, quis enim dicet, generalitatem nostri textus non comprehendere filiam renuntiantem? utroque enim iure desideratur filiorum institutio, vel exhereditatio, & utroque cauetur, eorum praeteritione vitari testamenta; et Allegata enim per Guido. Papium in suis quaestionibus 295. & 598. per Iason. Couar. Gutier. Cancer, & alios supramemoratos pro fundamento eorum sententiae, nil prorsus facere videntur, quod scilicet praeteritio reguletur a petitione legitime, vel a successione ab intestato; hi enim omnes quibus non competit petitio legitime, vel successione ab intestato, siue per iuratum renuntiationem, siue per statutum, si alias fuissent ab horum petitione exclusi (inquunt) non posse se conqueri de praeteritione; inducendo solam praeteritionem eorum testamenta vitare, qui petere legitimam, & successione ab intestato potuerunt illi vero, qui ab intestato successuri non sunt impunè posse praeteriri, cum his hereditas ab intestato deferri non possit, l. 1. §. penul. de bonor. posces. contr. Tabul. l. si quis filio 6. de in ius rup. & cum filia renuntians sit huiusmodi conditionis, cum non possit succedere ab intestato, exinde dicunt illius praeteritione non vitari testamentum paternum. et Nam certum est, (& omnes Doctores contrariam sententiam firmantes fateantur) huiusmodi renuntiationes iuratas, secum habere quandam tacitam conditarum, si quodcumque hereditas ab intestato deferatur, vt ex Bart. & Paul. Cast. & ferè ex omnibus Doctoribus colliges, & ex l. qui superstitis de acquir. hered. et cum fieri non possit secundum naturam, nec intellectus cogitatione percipi potest, vt excludatur quis ab aliqua re, aequa ei deferatur, & praecipue ab hereditate, aequa sit hereditas cum viuētis nulla esse possit, l. 1. ff. de hered. vel actio vdi. l. 1. ff. pro hered. necesse igitur est hereditatem prius deferri, vt renuntiationis tacita illa conditio impleatur, et vnde fit consequens, quod per istam iuratum renuntiationem, delatio non impediatur, sed solummodo delationis acquisitio; postquam enim pater moritur, eo instanti deferuntur bona, fitque ipso iure delatio ab ipsa lege, iuxta text. in l. lege obuenire. 130. de verbo. signifi. l. vnica, ff. vt ex legibus & Senat. consul. quae acquisitionem praecedere debet ad l. de lata 157. de verbo. significatio, facit l. his qui heredes 13. de acquir. hered. et si ta autem acquisitio quae committatur delationem, fit & pendet ex voluntate hominis, vt in dict. l. delata melius in l. sicut 4. C. de repud. vel absti. hered. l. nec emere 16. C. de iur. de liber. l. 4. ad Trebel. vnde fit necessario, quod pactum illud iuratum non impediatur effectum iuris, hoc est delationem, quae legem ipsam producere diximus; sed acquisitionem, quam ex voluntate hominis pendere firmauimus; et Ex quibus sequitur, ex regula ius publicum 13. C. de pact. quod renuntiatio quae hominis est, non faciat quo minus leges quae delationem inducunt, locum non habeant, & suos producant effectus; etiam in personis renuntiantium, cum iuramento, solum enim renuntiatio facere potest, quod postquam lex produxit delationem, fit in voluntate illius qui renuntiauit, non vt illo iuris

68

69

70

71

72

73 iuris effectū acquisitionis, non delatio nis; Et ꝑ sic cum in istis renuntiationibus solum attendatur religio, & obseruantia iuramenti, cum sine dispendio animæ, seruari possit, nec periurium incurratur, quamuis patiatur, quis deferri sibi hereditas, quæ nobis inuitis, ex l. duodecim tabularum defertur, & cō sequenter ille cuius interest renuntiationem iuramentū seruari, non agit, vt ne deferatur hereditas; sed solum ne acquiratur; ꝑ Vt sic quemadmodum dicimus, q̄ nō est sine herede, qui quæ habet habeat illum abstinens, l. cum quasi 30. §. sed & si suis, ff. de fideicommissa liberta; ita etiam nec filia renuntians potest dici non sua, licet impedita, vel abstinens, mediante renuntiatione, per quam delationem successionis non impediari constat, quod sufficit vt dicatur succedere, & in qua consistit totū esse successionis; ꝑ Quia igitur congruēti ratione poterit tueri, non esse nullū testamentum, in quo filia reperitur, præterita, licet renuntiauerit; cum renuntiatio, effectum legis non impediat in deferenda hereditate his qui primum locum optinent in successione in testam. iuxta dict. l. scripto. 7. cum similibus vnde liberi, l. si filius familias 33. de milita. testam. ex eisdem igitur regulis quibus docemur, præteritione filij rumpi testamentum patris, firmā dum erit, nullitatem eandem concurrere, respectu filie renuntiaueris.

74 Et quamuis hæc filia sit exclusā per renuntiationem ab effectū petendi legitimam, & successionem ab intestato, & consequenter sit exclusā a iure dicendi nullum testamentum, cum solum quibus hæc competunt dicant nullum testamentum; (vt sæpius diximus) tamen, cum testamentum sit ipso iure nullum, quoties præteritio reperitur, adeo quod nec filius præteritus potest illum approbare, & in hac nullitate, nullum præteriti ministerium desideretur, consequens sit, vt siue per approbatione expressā, siue per tacitā, mediāte renuntiatione testamētū approbet, nō ex in

de dicemus nō esse nullum testamētū, cum si vellet filius præteritus validum & firmum facere, adhuc nō erit in sua potestate: sic igitur fit in renuntiatione, vt quamuis per eam filius excludatur a petitione legitime, & successionis ab intestato, non exinde erit testamētum validum, non obstante vitio præteritionis. Nec utilitas testantis ex ista nullitate, erit incognita; ꝑ etiam si filia præterita & exclusā, mediante renuntiatione, nullum comodum consequatur, non enim erit nouum in iure firmare, ex persona vnus ex filijs, ceteris comodum parari; vt in casu l. si duo 16. de legat. præta. & l. ex duobus 14. de bono. posef. contr. Tabul. vbi si alter ex filijs præteritis, tabulas paternas post patris mortem aprobaue rit, non exinde paratur præiudiciū ceteris filijs præteritis, vt possint petere bonorum possessionem contra Tabulas, vel ab intestato succedere: ꝑ Igitur in casu nostræ quæstionis licet præteritio filie, nullam comodum ei adferat, cum per renuntiationem exclusā remaneat; tamen si plures essent filij in eadem qualitate instituti, ille qui in minori parte reperiret institutus, poterit agere ex præteritione filie, vt cū ceteris filijs, quos pater magis dilexit, equaliter admitatur reducendo successionem ad causam intestati. ꝑ Nec refragatur si dicas in nostro Principatu, & fere in vniuersa Hispania, inanē esse presentē inuestigationē, cū filia renūtiās sit emancipata ob contractū matrimoniij, vt in cōtli. vnica de emaci. filior, cui præteritio, nō reddit ipso iure nullū testamētū, sed facit, vt p̄ bonorū posef. cōtr. Tab. rescindat. ꝑ Sed tamē cū hoc remedium (quātū ad effectū, operetur illū in filio emancipato præterito, quem operatur in filio in potestate constituto ius dicendi nullum, vt ex l. 1. & per totum de bono. posef. cōtr. Tabul. nil obstabit si filia renūtiās sit emancipata, vel in potestate constituta, cum vtroq; casu, de iure sit necessaria, vel illius institutio, vel exhereditatio, vel sal-

81 salim mentio de illa: quibus sic per pensis, necio quo iure poterit firmari, a tot tantisque Doctoribus hanc filie renuntiantis præteritionem, non effi ci nullum iudicium paternum? quod solum enim assero per nostram constitutionem fieri, vt non desideretur in hoc principatu illa exacta institutio, & exhereditatio filij, quam de iure communi necessariam video, in materia, l. inter cætera 30. de liber. & posth.

82 sed solum, vt ꝑ mentio dispositiue fiat, & non enuntiatuē; & sic in supra scripta specie de filia renuntiante, quamuis de iure communi, si illam pater institueret in dote sibi data tempore renuntiationis, non purgaret hæc institutio vitium præteritionis, ex quo institutio non fuit formalis, cum illa de rebus proprijs testatoris sit faciēda, ex facultate legis 12. tabularū testatori bus concessā, relata in illa, l. verbis legis 120. de verbo. signifi. (Vti quisque legasset rei sue ita ius esto) Et ꝑ in proposita specie constat, filiam institui in re propria, & aliena testatoris, cum sit proprium filie patrimonium, l. 3. §. sed vtum in fina. verbis de minor. & dicitur a bonis paternis abcessisse, l. prima §. fina. de dot. colla. & tamquam es alienum computatur, l. pater filiam 14. ff. ad l. falcid. l. pater filie 70. de euiction. ex quibus apud Doctores receptum est, inualidam fuisse institutionem ex mente glos. verbo patrimonium, l. 3. §. sed vtum de minor. Alexand. consil. 177. Benedic. cap. Rainunius, verbo, Alteroq; numer. 17. las. in authentica nouissima, C. de inoffic. numer. 46. alios cumulat Clar. §. testamentum, quæstio. 44. ꝑ tamen per hanc nostram constitutionem, cum sola mentio eui tet vitium nullitatis, dicendum erit, in hoc nostro principatu, si filia reperia tur instituta in sua dote, non dicitur præterita, nec ex hoc erit nullū testamētū, poterit tamē hæc filia, suplemētū legitime petere, si dos legitimā non atingat, in vim, l. omnimodo, C. de inof-

ficiof. testamen. vt in initio huius glo se. late tradimus, & declarauimus. Sed filere non possum in hac materia, de quæstione nō sterili aliqua dicere, nū scilicet ad cōputandū suplemen tū huius legitime, respectu dotis acce pte, sit attendendū tēpus renuntiationis, an vero tēpus mortis patris: scio apud Doctores cōmunes, exteros, & nostros ita, perplexè, variè, & diuersimodè super hac quæstione respondisse, q̄ si cogere maiorē numerū sequi, trēpidè quidē procederē in eligendo, cum vix discernere valerē, vbi inclinata sit maior pars; sed quidquid apud eos sit, nūquā ꝑ dubitauī attendendum fore tēpus mortis, ad computandam legitimā; & vt nostram perpēdas opinionē, deq; nostro iudicio tuum facias, lege prius quæ tradunt in quæstione Pau. Cast. in authentica, vnde si parens, C. de inoffic. testa. post communes in c. quamuis pactum de pact. in 6. Gal. lib. 2. obserua. 147. Roder. Xuar. l. quoniā in prioribus limita. 4. ad II. Regni. n. 2. Mon ter. decif. 45. n. 161. & 162. Aluara. de coniectura. ment. defuncti lib. 2. c. 2. §. primo n. 92. Gutier. c. quamuis pactum verbo a filia, n. 7. Pereg. de fideic. arti. 36. n. 35. Alex. Trental. varia. resolu. li. br. 1. tit. de legitima resolu. 2. n. 7. ex nō stris Cacer. lib. 1. var. c. 3. n. 15. & lib. 3. c. 15. n. 65. & de veritate huius sententiæ apparebit, per easdem regulas, p̄ quas contraria fundatur. ꝑ Primo constat, quod renentes tempus renuntiationis attendendum fore, pro fundamento al legant, quod generaliter vbi agitur de rescissione alicuius contractus, per lesionem, attendendum sit necessario tempus contractus, quod clarè disponit textus in l. si voluntate 8. C. de rescindend. venditio. q̄tā quidem propositio nullo pede claudicatur: concludunt igitur exinde fieri, tempus renuntiationis fore, & esse aten dendum, cum tunc celebre tur contractus; ꝑ Attamen si rectè perpendatur tempus contractus, non est

85
86
87
88

Cc quan-

quando renunciatur, sed quando mori-
tur pater, unde non attenditur tempus,
quo contrahitur, sed in quo contrahi-
tur, hoc est in tempore in quo collatus
est effectus conuentionis, ut deduci-
tur, ex l. quod sponse 4. C. de donatio-
ante nuptias, l. in tempus 62. de hære-
dib. instituen. † Unde cum similes iu-
rate renuntiationes secum adferant
tacitam illam conditionem, si quando-
quæ legitima portio deferatur (ut di-
ctum fuit superius) cum præcise ali-
quid prius est deferendum, antequam
exclusio habeat locum, nec fortiri an-
tea effectum possit, ex celebri illa Pau-
li Castren. doctrina in l. qui supersti-
tis 9. de acquirend. hæreditat. sequi-
tur necessario dicendum: ut perinde
habeatur hæc renuntiatio, ac si non ni-
si post mortem patris facta fuisset, &
sic tempus contractus, vel perfectio-
nis, seu consumationis illius attenden-
do dicemus renuntiationis lesionem
in tempus mortis patris esse conside-
randam; † Ex quo enim filia legitimæ
renuntiauit, præsumit ius cogitasse,
non solum de bonis quæ pater habebat
tempore renuntiationis, sed de acqui-
rendis per eum usque in tempus quo
efficaciter debetur legitima filia,
quod erit mortis patris, cum antea de
legitima non possit haberi ratio, &
per istam solam considerationem (om-
missis quam plurimis alijs quæ possent
cumulare) patet tenendum, tempus
mortis patris esse attendendum, & cum
articulus iste satis per supra relatos sit
ventilatus: solum cum narratis me ex-
pediam.

91 Redeundo igitur ad casum pecu-
liarem glofæ nostræ, si mentio (quam
tex. noster fieri præcipit) non fuerit fa-
cta de nepotibus præcessis per eorum
genitores, & filios testatoris, non ex in-
de testamentum aui erit nullum, ex ta-
li præteritione, licet sæpius dictum sit,
sub nomine filiorum nepotes compre-
hendi; sola enim mentio filij primi gra-
dus roborat testamentum, textum ha-
bes expressum, de veritate huius asser-

tionis in l. Gallus 29. §. in omnibus de
lib. & posth. † Expendendo dictionem
taxatiuam a Seuola in eo textu posi-
tam (dumtaxat) quæ vltiores gradus
excludit, §. posthumorū insti. de exhæ-
reda. libero, & quamuis in nostro Ca-
thalonix Principatu, prædicta aliquid
difficultatis habere videantur si verū
est dictū Scæuole iur. con. in §. & quid
si tantum d. l. Gallus 29. de liber. & po-
sthu. in versic. Quid si nepos. † Vbi eman-
cipatio morti cohædequatur, & cum
in hoc principatu, filij matrimonio co-
pulati reputentur pro emancipatis, iux-
ta constitutionem vnā sub tit. de emā-
cipa. libero. ex quo videretur dicendū,
semper de nepotibus faciendam esse
mentionem, iuxta terminos nostræ cō-
stitutionis; responsio tamen non erit
difficilis si adueras, quod licet † mero
iure emancipatus excludatur a succes-
sione illa necessaria, sed tamen per præ-
toria beneficia sicut & suus admitti-
tur, per contra Tabul. bonorum posces-
sionem, per quam emancipatus præte-
ritus subuertit testamentum paternū,
sicut & suus per ius dicendi nullum, §.
emancipatus insti. de exhære. libero. §.
eadem de hæredita. quæ ab intesta. †
Et sic notio iure emancipatus in nihilo
diferat a suo, in materia successoria, ut
deducitur ex §. si vero in versiculo,
nullam vero, in authentico de hæredita.
ab intesta. venien. colla. 9. & licet con-
tendant multi ex interpretibus, diffe-
rentiam sicutatis, & emancipationis so-
lum in dict. §. si vero, tolli quo † ad suc-
cessionem intestati, nullatenus vero,
quoad successionem testamentariam,
inter quos reperies Iaso. in l. Gallus, §.
quid si tantum, n. 52. vbi Eman. Acost.
3. p. n. 27. & ibi Sarmien. num. 53. Iul.
Clar. §. testamentum, quæst. 40. nu. 2.
Covar. ca. Rainuntius in prin. n. 7. loa.
Pegad. in repetitione, l. inter cætera
de lib. & posth. in præfatione 2. par. n.
6. tamē verior, receptior, & commu-
nior sententia contraria, vincit supra
memoratorum opinionem; ut scilicet
tam ex testamento, quam ab intesta-
tato,

rato, sit ex dict. §. sublata differentia
sicutatis & emancipationis, ut docet A-
cur. in multis locis relatis per Bart. in
dict. §. & quid si tantum, numer. 7. &
multis cumulatim Igneus in repetitio-
ne autentice ex causa, numer. 19. C.
de liber. præter. Sarmient. vbi supra,
numer. 55. Acosta sibi contrarius in ca-
pit. si pater verbo habens, numer. 19. †
Unde licet in Cathalonia filius matri-
monio copulatus, sit emancipatus, idē
de illo obseruandum erit, sicut de suo,
vel de alio non nupto, sed in sacris con-
stituto; & ex consequenti, si nepos sit
præcessus a filio, non erit necessaria
mentio de nepote, nisi filius fuerit, &
medio sublatus, quo sanè casu, erit ne-
pos instituendus, vel mentionandus:
& licet de præcisa nepotis institutione
facienda, nullus locus in iure reperia-
tur ab interpretibus, meo † tamen
iudicio in l. maximum vitium, C. de li-
ber. præter hoc requisitum inuenitur
in persona nepotis, ut ad exemplum fi-
lij, filia & nepos instituantur, vel exhe-
redentur; ne per eorum præteritio-
nem subuerterentur testamenta pater-
na. † Et ex hoc colliges vnum necessa-
rium, quod eodem modo, & eisdem re-
gulis permissiuis præteritionem nepo-
tis, si contingat hos institui hæredes
per auos, poterit instituens aponere in
institutione quamlibet ex conditioni-
bus possibilibus, siue hæc fuerit casua-
lis, mixta, vel potestatiua, licet in ea-
rum defectu non exheredetur, ut col-
ligitur ex l. posthumorum 13. de iniu-
sto rupto. iuncto. §. aliud quoque capi-
tulum in authentico, ut cum de appel-
latione cognoscitur colla. 8. Quod vide-
tur difficultatem habere ex l. suus quo
que 4. de hæred. institu. † vbi suus po-
test institui sub qualibet conditione,
excepto filio, igitur nepos poterit in-
stitui, licet non sit præcessus, exceptio
enim sit de regula, si igitur excipitur
filius, includitur nepos de necessitate,
eo sanè casu quo non erit præcessus a
patre, & testatoris filio, & idem vide-
tur probari per tex. in l. sed & si 6. §. ne

potes de hæredi. institu. † Cui difficul-
tati, ut comode satisfacias obseruabis,
quod licet verum sit, exceptionem su-
mendam fore ex regula, sufficere tamē
men esse de regula, secundum quid,
non vero simpliciter, quod fuit ex-
mente glof. in l. nummis de in litem,
iura. declarat, ibi Ias. inducens tex. in
l. si certis annis 16. de pact. C. vbi Cur-
Iun. numer. 4. & sic sensus dict. l. suus
quoque 4. erit, quod licet filius sit ex
liberis, & descendantibus, qui possunt
institui sub omni conditione, excipien-
dus est filius primi gradus, ut deduci-
tur ex dict. l. sed & si 6. §. 1. de heredi-
institu. vbi disponitur. † Quod nepo-
tes & ceteri liberi (non obtinentes
sicutatis iura) possunt sub qualibet ex
possibilibus conditionibus institui,
quamuis filius subducatur, e medio, &
efficiatur suus hæres nepos, in hoc sanè
sensu sunt intelligenda verba, dict. l.
sed & si 6. §. 1. ibi, si redigantur ad fi-
lij conditionem) interpretata per De-
ci. in l. si pater, numer. 14. C. de institu.
& substitu. † Si vero fuissent tempore
institutionis redacti ad filij conditio-
nem, tunc sanè casu, iam non possent
sub qualibet conditione iustitui, & sic
constat, quod supradicta exceptio. ex
dict. l. suus quoque desumpta, vide-
tur in omnibus ex regula, cum re-
gula loquatur in liberis, & descen-
dentibus non optinentibus iura sui-
tatis.

Si igitur in hoc principatu de filio
vel nepote (illo, e medio sublato) nulla
facta fuerit mentio, dispositiuè, ut mox
dicam, testamentum sanè erit nullum;
sicut de iure communi disponitur nul-
lum, quod in nihilo abrogatur per no-
stram constitutionem, ut diximus su-
pra numer. 7. & 8. & perinde iudica-
bitur de testamento vitio præteritio-
nis innodato, sicut iudicemus de
illo in quo iuris solemnia tradita in l.
hac consultissima, C. de testament. de-
ficerent. † Et sicut diceremus nullum
vbi septem deficerent testes, ita etiam
si præteritio immineret, cum in iure

ista duo solemnia requisita ad validitatem testamentorum parificentur, quo ad effectum nullitatis inducendæ, in l. inter cætera. 30. de lib. & posthum. iun. c. 7. instit. de exheredatio. libero. ¶ Vtraque enim requisita pro forma substantiali in testamentis desiderantur, quæ dant esse testamento, iuxta terminos, l. Iulianus 9. §. si rem, ff. ad exhiben. ¶ Lex namquæ dedit hominibus facultatem testandi de rebus suis, certis solemnitatibus circumscrip- tam, & limitatam, l. si quæramus 4. in fi. ff. de testamen. l. testandi 13. C. de testam. declarat Gutier. in l. nemo potest de legat. 1. numer. 62. & 157. post eum Lara de aniuersar. libr. 1. cap. 14. numer. 11. in fine quibus sanè solemnibus deficientibus, totus annullatur actus. Adeo, ¶ quod testator non potest præcauere validitatem testamenti, nec suplere defectum præteritionis, disponendo, velle vallere etiam si duo præmissa solemnia deficiant: tollere ¶ enim formam substantialem testamenti (sine qua testamentum appellari, nec cognominari potest) est tollere testamentum ex doctrina Barthol. in l. nemo potest de legat. 1. opositione prima. Gutierr. ibidem numer. 7. idem Barthol. in l. pro latam, C. de senten. & interlocuto in. latè Peral. in l. si quis seruum, numer. 2. de legat. 2. & melius in l. si quis in principio, numer. 3. de legat. 3. & iuuatur ex l. 2. de rebus cred. vbi si celebretur ¶ contractus mutui, hoc pacto adiecto, vt pro vino triticum reddatur, licet constet inter contrahentes cõuenisse, vt mutuuum celebretur, non tamen erit mutuum, cum deficiat mutui substantialis forma, quæ consistit vt reddatur eiusdem generis, declarat ad illum tex. Bellon. libr. 7. suputa. capit. 6. ex recentioribus Pichar. in §. præterea & in princip. insti. quib. mod. re contra. oblig. nume. 57. Et sic vulgus legislatarum dici solet, (& recte) quod ex testamento minus solemnium, non oritur naturalis obligatio; quod intellige ex minus

solemni præmissarum sollempnitatum, cum tunc pro non facto habeatur, ex defectu voluntatis testatoris, limitata tantum & restricta, ad hæredem grauatam, & vbi constat voluntatem defecisse nullus vnquam dixit naturaliter deberi; voluntas enim testatoris fuit grauare hæredem; & non venientes ab intesta. l. 1. de iur. codicillor. l. non codicillum 14. C. de testam. declarat Menoch. de præsu. libr. 4. præsum. 2. numer. 5. & p. 3. per totam Spin. in specul. glof. 3. 2. numer. 24. Gutier. in dict. l. nemo potest, numer. 78. & 80. & numer. 457. cum duob. sequent. Et ¶ intellige, de illa obligatione naturali; quæ ex honestate quadã nascitur: de illa namque naturali obligatione, quæ merè dici potest naturalis, orta ex illo tacito consensu testatoris, adhibito in testamento nullo, vel minus solemnium, ratione præteritionis, & vbi constaret deficere septem testes hæc vltimam (quam narrauimus) naturalem obligationem ex illo testamento non oriri ferè omnes firmarunt, vt per Couarruu. in cap. cum esses, numer. 9. extra de testam. versiculo tertio, quoad primum Cald. Pereira in l. si curatorem habens verbo lesis, numer. 71. C. de integr. testitu. mino. Ioan. Garc. de nobili. glof. 6. §. 1. numer. 10. ¶ Et consequenter ex quo nec naturalis illa onestalis obligatio oritur, venientes ab intestato in foro concientie tenebuntur ad solutionem legatorum, in dicto minus solemnium testamento relictorum, nec cogentur hæreditatem restituere heredi in dicto testamento scripto, ex cumulatis per Iason. in l. nemo potest, numer. 75. in 1. lectur. de legat. 1. Vasq. de succession. creat. 1. part. §. 2. numer. 10. Couarruu. in cap. cum esses, numer. 5. de testam. Iul. Clar. §. testamentum, quæst. 90. numer. 2. & 7. Acost. cap. si pater verbo, suo testamento, numer. 14. de testam. in 6. Gom. l. 3. Taur. nu. 123. Gutie. l. nemo potest nu. 461. Meneses in l. cum quis, numer. 12. C. de fideicommiss. Spin. in specul. testa.

testa. glof. 8. prin. n. 69. Ceruan. l. 3. Tauri, n. 189. Azeu. l. 2. tit. 3. lib. 5. Arias Gomez. in d. l. 3. Taur. n. 80. ¶ Fudamentum enim debiti in foro concientie, consistit in obligatione naturali, vbi enim hæc deficit, ibi & obligatio concientie non iminet, ex sententia & doctrina Innocentij in c. q. sicut, n. 18. de electio. Felij. in c. quonia contra falsam, n. 11. de probat. Padil. in l. cum quis, n. 9. de iur. & fac. igno. Garc. de nobili. gl. 6. §. 1. n. 10. ¶ Et sic venientes ab intestato cõstringentur restituere hæreditatem heredi scripto, nec legatarijs soluere legata; etiã si cõstituerit, nullã fuisse fraudem (in testamento minus solemnium cõfecto) comisã, vt colliges ex resolutione supradictorũ, & aliorũ quos cumulat Ceual. cõtra cõnes, q. 71. cũ ratio. l. si. C. de fideic. nõ sit finalis, sed impulsua, ex qua nõ potest summi argumentum secundum glof. auream in l. 1. §. origo de postula. Coua. in cap. cum esses, n. 6. & 10. de testam. Et licet alterũ ex requisitis substantialibus, nullatenus possit per testatorem remitti, illud nõpẽ septem testium, bene tamẽ Princeps per priuilegiũ, vel consuetudo inducere poterit, vt valeat testamentum contra duobus tantũ testibus factũ, de Principe est tex. expressus in l. si nõ speciali 9. C. de testa. q. etiã quæ libet Ciuitas per sua statuta, & consuetudine inducere potest, sicut hæc nostra Illerdensis Florentissima Ciuitas in duxit, per suã consuetudine scriptã, & in viridi obseruantia habitã, per quam testameta quotidie, corã duobus testibus, & notario ordinata autorisuntur) quod facere potuit statutũ, iuxta doctrinã Bar. cõniter receptã in l. nemo potest opositio. 4. de legat. 1. vbi Gutie. n. 67. post Boer. latè decif. 228. ¶ Populus enim vnusquisq; fulcitur potestate ¶ legali, ad statuta ordinanda, & consuetudines inducendas, contra legum dispositiones ad l. omnes populi 9. de iusti. & iur. vbi de materia statutaria, & de materia consuetudinis ad l. de quibus 32. de legib. de qua post Menoch. de arbitr. cas. 84. numer. 5. Spin. in spe

cul. testam. glof. 30. nu. 9. Anto Pichar. in §. non scripto de iur. natura. Burgos de Paz l. 1. Taur. n. 32. & 35. Grego. Lopez animaduer. iuris lib. vno c. 5. nu. 6. Boua. lib. 2. politici. c. 10. n. 34. ¶ Quod tam in ordinatorijs, quam in decioris optinet locum, secundum Bar. vbi sup. & Iaf. in d. l. omnes populi 2. lectu. n. 7. nec mirum, cum leges interpretationem a consuetudine recipiant, capit. cum dilectus, de cõsue. l. si de interpretatione 37. de legib. Boe. latè decif. 226 n. 5. Xuar. in l. post. rem iudicatam in declaratione legis Regni in prin. n. 18. alios tradit Bouadill. in sua politica libr. 2. c. 10. n. 38. ¶ statuta vero tunc demum supranarrata comprehendunt, si sunt rationabilia ad c. fina. extra. de consuetudin. qui textus licet disponat in consuetudine, viget etiam in materia statutaria, cum valeat argumentum de statuto ad consuetudinem, iuribus citatis; & sic consuetudines, & statuta dicuntur proprium ius Ciuitatis, vt colliges ex dict. l. omnes populi, & in hoc Principatu habemus supradicta disposita in vsaticis vnaqueque gens, sub titulo de vsaticis constitutionibus, & alijs legibus, ¶ Ex quo apparet quod populus Cathalonie, potest inducere consuetudinem, statutaque ordinare, contra constitutiones Cathalonie, dummodo nõ sint cõtra Principem, nec illius Regiũ patrimoniũ, nec sint de reseruatibus, ex doctrina Iason. vbi sup. nu. 7. Quot autem actus requirantur, ad inducendam constitutionem, & quinam temporis cursus requiratur, declarat. Bald. in rubr. quæ sit longa consuetudo post glo. in verbo inueterata ver. respõde in l. de quibus & in l. diuti naã legib. Cami. Borel. in additio. ad Beleg. de specul. princip. rubr. 4. litera E. post Barrol. theoreticam in dict. l. de quibus, numer. 10. de legib. Corraf. Comen. Iur. ciuil. libr. 2. capit. 19. Menochius de arbitrar. cas. 81. numer. 4. Molin. de primogen. libr. 2. capit. 6. numer. 27. Bouadill. in sua politica correctorum libr. 2. capit. 10. numer.

40. cum 3. seqq. † ex quibus fit neces-
 122 sario, quod cum lex induxerit faculta-
 rem ordinandi & stabiliendi statuta, il-
 la autorisando, non erit necessarium
 iudicis decretum, pro illorum autori-
 tate; si tamen iudex suum interposui-
 ser decretum in statutis a populo or-
 dinaris, præsumerentur iusta & ratio-
 nabilia. Inter alios enim effectus quos
 parit decretum iudicis, illud est quod
 præsumitur rationabiliter gestum; † Si
 123 cut contingit in alienatione facta de
 rebus Ecclesiæ, ubi adest decretum iu-
 dicis, de qua præsumitur, factam fuisse
 in evidentem utilitatem Ecclesiæ, se-
 cundum Iaso, l. pacta nouissima, num. 8
 C. de pact. Redoan. de reb. Ecc. q. 20. n.
 75. & 77. & 11. 162. cum seqq. & q. 48.
 n. 11. & 15. † Quæ autem & qualia di-
 1 cti possunt statuta rationabilia, cum nõ
 sit regula certa in iure, iudicis arbitrio
 relinqui solet, secundum glof. c. 1. de
 2 consuetu. lib. 6. † Et quamuis possit du-
 bitari de rationabilitate statuti, vel cõ-
 suetudinis inducentis validitatem tes-
 tamenti, duobus tantum testibus voca-
 tis, & rogatis, ex quo septem desidera-
 tur ad subuertendas fraudes quæ pos-
 sint adhiberi: & per illam atenuatam
 testium adhibitionem, præbeaturocca-
 sio comitendi fraudes, videri debeat
 quodammodo irrationabilis ex senten-
 tia Iaso, in l. prima, n. 71. C. de summa
 Trinita. † Caterum hæc ratiocinatio
 126 nil obstabit, sicut enim populus potuit
 facere statuta, & inducere consuetudi-
 nem contra legem expressam, cum su-
 prædictis saluitatibus, ita etiam potuit
 contra legis rationem; maximè quan-
 do est contra rationem impulsuam, ta-
 lis enim est, quæ traditur, per Iustinia-
 num in l. fina. C. de fideicom. ibi, *ut per
 ampliores homines veritas reuelletur*, quæ
 nouè interpretatur, Lara de anuersa.
 lib. 2. c. 4. n. 60. & 61. contigibile enim
 est, ut in testamento, sex vel quinque tes-
 tibus munito, nulla fraus reperiatur, &
 127 in alio septem habente, fraus manifesta co-
 mitatur; † Neque enim suppositum reperies
 in d. l. fi. C. de fidei. q. ubi septem deficiunt

testes, ibi fraus præsumatur, sed solùm, q̄
 talis numerus adhibeatur, ne fraus co-
 mitatur, quo casu difficilius comitatur
 quàm si minor numerus adijciatur, duo-
 rum saltem, vel pluriùm, & sic est illa lex
 intelligenda ex Philip. Corneo con. 186
 n. 13. lib. 2.

Magnam tamè supradicta habet diffi- 128
 cultatè ex l. fi. C. de testa. & antequàm il-
 lã expedas, supponere debes; q̄ quando
 Princeps mādāt aliquã legē obseruari,
 cū clausula derogatoria, & abrogato-
 ria cuiuscūq; cõsuetudinis, tūc populus
 habet manus ligatas ad inducendã cõ-
 suetudinẽ, & ad ordinandã statuta, cõtra
 dispositionẽ illã legalẽ simul cõsuetudinẽ
 habentẽ; quæ nedũ cõsuetudinẽ tol-
 lit præteritã, sed etiã futurã, secundum
 Bar. Alex. & Iason. in l. si mihi & tibi, §.
 in legatis de lega. 1. idem Ias. in d. l. de
 quibus, n. 55. ratio est euidentissima;
 Nam † quamuis lex loquatur per ver- 129
 ba præsentis temporis, comprehendit
 consuetudinem futuram, cum semper
 lex loquatur, l. Arriani §. C. de hæreti.
 hoc sic præmissõ; Imperator in d. l. fin.
 C. de testa. confirmat consuetudinem
 in testamentis rusticorum condendis
 obseruatam, ut minori numero septen-
 nario ordinentur, dummodo non adhi-
 beantur minus quam quinque testes, vi-
 detur etgo improbata consuetudo in-
 ducens minorẽ numerum quam quin-
 quẽ, & consequenter nostra quæ solũ
 duos testes optatur, fuit † hæc ratio- 130
 cinatio Ias. in l. 1. n. 77. C. de sum. Trin.
 qui satisfaciens dicit, quod verba d. l. fi.
 nalis, non sunt præceptiua, sed solum
 non permissiua, quæ quidem solutio
 nobis semper displicuit, quia Impera-
 tor dicẽdo, quod nullo modo hoc per-
 mitatur, satis videt voluisse illud prohi-
 bere. Ideo potest dici, quod ex tacita
 Principis voluntate, desumpta ex illis
 verbis, non videtur sublata facultas po-
 pulis tributa, ad ordinanda statuta in- 131
 dict. l. omnes populi §. de iusti. & iur.
 Quando † enim in aliqua lege sunt il-
 la verba (*nõ obsãte quacũq; cõsuetudine*)
 cõstat apertè, de legislatoris volũtate,
 de

de qua nõ cõstat in d. l. fi. & sic nil facit
 cõtra supradicta. His supra enarratis ad
 dẽdũ erit, q̄ post comitia Barquinone
 celebrata sub anno 1599. ca. 40. testa-
 mẽtũ corã duobus testibus factũ, vali-
 dum erit, etiam si nulla consuetudo vi-
 geret, ex quo in dicta cõstitutione præ-
 cipitur, causas decidendas fore, secun-
 dum Iuris Canonici dispositionem, ad
 quam si attendamus aparebit, testamen-
 tum coram duobus testibus factum ro-
 boris firmitatem optinere in c. cum es-
 ses de testa. extr.

Pro coronide autè huius glosæ vnũ
 obseruatione dignum erit, quod licet
 per hanc glosam, & constitutionem no-
 stram, sit abrogata illa iuris, & inter-
 pretum obseruatio, qua pro forma sub-
 stantiali testamenti desideratur institu-
 tio vel exhereditatio filij, (vt diximus su-
 pra) non tamẽ erit abrogatum, quod
 similiter pro eadem forma substantia-
 li desideretur in hoc Principatu, vt de
 filio vel nepote (illo semper emedio
 sublato) mērio fiat, taliter q̄ testamẽtũ
 sit nullũ, nec testamentum dici possit
 vbi de filio mentio non reperitur fac-
 ta; quia caret forma substãtiali, ex qua
 resolutione videndum erit de duobus,
 primo, numquid possit per equipollẽs
 adimpleri, secundo num ista mentio sit
 dispositiue adimplenda, & an sufficiat,
 quod enuntiatuẽ mentionetur filius.

133 Circa primum quamuis regula sit,
 quod omne, quod requiritur pro for-
 ma alicuius actus, nõ possit per equi-
 pollens adimpleri, vt latè per Iaso, li-
 cèt sine resolutione procedat in l. 1.
 numer. 3. de liber. & posthum. & in l.
 qui per salutem de iur. iuran. Deci. in
 l. 1. numer. 2. C. de institu. & substitu.
 Felin. in cap. cum dilecta de rescript.
 Socin. Iunior. conf. 37. lib. 2. Antoni.
 Gomez. varia. tom. 1. tit. de legat. nu-
 mer. 77. Vasq. controuer. illustr. capi-
 91. numer. 3. Peregrin. de fideicommiss.
 artic. 11. numer. 109. † Caterum quan-
 do forma respicit certum effectum, &
 134 is potest concequi per equipollens,
 tunc licet pro forma inductum sit ad-

implementum requisiti, possunt tamen
 per casum equipollentem, requisita ad
 impleri, cum tunc potius effectus,
 quam verborum formula atendi de-
 beat: ad resoluta per Deci. vbi supra.
 numer. 3. per doctrinam Barto. com-
 munitè receptam in l. Gallus, §. &
 quid si tantum, numer. 2. de liber. &
 posthum. inducendo text. in l. 3. C. de
 insti. & substitu. & l. mulier 22. ad Tre-
 bel. & melius in l. si feruus decem 68.
 de solutio. ibi (*neque enim hoc igitur te-
 stator, vt quomodo esset datum expleta
 videretur conditio*) & Bart. secuntur
 omnes, vt per Socin. in d. l. Gallus, §.
 & quid si tantum, numer. 58. Gom. vbi
 supra Paul. Paris. conf. 32. numer. 7. &
 melius consil. 5. numer. 113. lib. 4. Ro-
 land. a Vall. con. 89. numer. 2. volum.
 3. alios citat Michael. Cras. recepta-
 senten. §. legatum, quaest. 57. numer. 6.
 Gregor. Lopez animaduersione, iur. cap.
 17. numer. 6. † In conditionibus autè 135
 voluntarijs cum semper conditio in-
 ducat formalitatem, illud certum est,
 impleri debere specificè, exclusis equi-
 pollentibus; quia non præsumitur eo
 casu testatorem de solo effectu cogitasse,
 neque per solum effectum conditio-
 nem adiecisse, vt deducitur ex l. qui hæ-
 redi 44. & l. meuius 55. de condi. & de-
 monstra. Ias. in l. Gallus, §. & quid si tan-
 tum numer. 20. vbi Bologn. nume. 24.
 Sarmien. uumer. 12. Cras. Gom. & Pe-
 regrin. vbi supra in voluntarijs † Au- 136
 tem conditionibus, sola voluntas testa-
 toris consideratur, & non interesse ex
 ea resulta, vt rectè explicuit Sarmie.
 selectar. interpreta. lib. 2. cap. 1. num.
 27. † Vnde fit consequens, quod si cõ- 137
 staret testatorem in conditionibus vo-
 luntarijs, de solo effectu cogitasse,
 dum volutariam conditionem adie-
 cit, posset per equipollens voluntaria
 conditio impleri, sic declarant Theo-
 ricam Bart. supra relatam, Socin. ibi-
 dem in vltimo notabili Deci. in consil.
 227. circa finem Socin. Iuni. consil. 91.
 numer. 7. volum. 1. conducunt pro le-
 gitimatione huius sententiæ textum,
 Cc 4 in l.

in l. iubemus 29. iuncta ibi glof. verbo, quemadmodum, C. de testam. & l. 3. C. de iustitu. & substi. qua mihi nunquam probarunt: probant tamen, l. si fundus 13. de conditio. & demonstra. l. Sticum 95. §. vsumfructum ibi: Nam & si furio sus, ff. de solutio. l. qui filium 22. ibi: nāque alioquin, de manumissis testa. Principalis autem † observatio non caret difficultate ex l. fideicommissa. 11. §. si cui de legat. 3. ex diametro pugnantem cum dict. l. mulier: disponit enim, §. ille, quod relictum sub conditione filio familias, si sui iuris effectus fuerit per mortem patris, si contigerit per patrē emancipari, & per emancipationem sui iuris effici, non exinde debet fidei commissum, nec dici conditionem defectam; ex quo patet in conditione inserta, desiderari certum effectum, hoc est, quod filius esset sui iuris, & tamen per equipolentem casum emancipationis, non dicitur adimpleta conditio †

138 Circa cuius antinomiae solutionem, varias solutiones inveni, alteram apud glof. in dict. §. si cui qua est contra contexturam, & seriem illius; Alteram apud Bart. in dict. §. si cui quam video esse verbalem, & sine aliquo effectu, ex sententia Iaso. in dict. l. 3. C. de institutu. & substitutio: Alteram apud eundem Deci. in dict. l. 3. C. de institutu. & substitutu. quam sequitur Acoft. in §. & quid si tantum par. 5. numer. 80. qua nullam videtur habere subsistentiam, ex quo dict. §. si cui, loquitur indistincte, cum semper sit eadem ratio, quando fideicommissum ordinatur ab extraneo, vel a matre, cū semper conditio videatur inserta ad eundem effectum. Vnde omnibus supradictis explosis solutionibus, & concordijs, congruentior nobis illa semper fuit visa, quod scilicet in dict. §. si cui, voluntas testatoris fuit restricta, & limitata, ad casum mortis, ad casum nempe, quod per eam filius efficeretur sui iuris, & consequenter casus emancipationis fuit exclusus per testatorem, per inclusionem alterius, & expressionē illius, scilicet mor-

tis, iuxta iura. vulgata in l. cum praetor de iudicijs. Et si obijcias de diuinatione huius concordie, appello ad doctrinam Bar. communiter receptam in l. si ita stipulatus de verbo. obliga. & in l. 1. opositione 1. de iur. codicillo. Deci. in cap. cum super extr. de offi. de legat. Ripa in l. 1. §. si quis ita numer. 26 de verbo. obliga. † Qua cauetur, quod quando diuinatione est necessaria, vt iura iuribus concordentur, non est prohibita diuinatione, vt ex ea intellectus ad d. l. si cui, sit, quod si filius efficiatur sui iuris per emancipationem, non videatur adhuc conditio defecta, ex voluntate testatoris, quam sola morte deficere voluit, qua cum talis fuerit voluntas restricta, & limitata, de vno casu ad alium, nullatenus potuit extendi, & sic text. ille nihil obstabit praenarrate traditioni, qua docemur, quod requisitum pro forma, quando in illius adimplemēto desideratur solus effectus, & is possit consequi per equipollentiam, non sit praecise necessarium. specificē adimpleri; † De cuius traditionis veritate, non pauca sunt in iure exempla, vnum illud est, quod traditur in l. 1. de verbor. obligation. vbi pro forma stipulationis inducitur, vt fiat vtroque loquente, praecedente interrogatione, & subsequente responsione; in qua forma cum non desideretur certus effectus, debet specificē adimpleri, & non sufficiunt equipollentia, si enim certus effectus in dicta stipulationis forma desideraretur, filie fuisset, vt probaretur cōcensus contrahentiū, & tamen videm⁹, q̄ in contractibus in quib⁹ perfectio cōsistit in solo cōsensu vt in l. cōcensus 47. de actio. & oblig. & in l. 2. de pactis, etiam si de cōsensu appareat, si nō sit seruata dicta stipulationis forma, nulla oritur actio: sicut contingit in pacto nudo, ex quo nulla oritur actio, nō ex defectu cōcensus, sed ex defectu forme, ex doct. Bar. cōmuniter recepta in l. penul. C. de pactis, & in l. cum de in rem verso de vsuris Deci. in d. l. penul. Bal. in c. 3. extra de trasfac. & fa-

& facit leg. si certis annis vbi Curt. Iun. C. de pactis. † Vbi etiam si promissum sub pacto nudo per decennium & ultra praestaretur, nō exinde promissor erit obligatus soluere de cetero, & tamen concensus ibi per multiplicatam solutionem manifeste colligitur, vnde in defectu forme consistit negotium. Et quibus etiam inferri poterit ad correctionem doctrine Iasonis tradita in leg. hac consuleissima §. per nuncupationem C. de testamētis quam repetijt in l. vbi autem §. illud de verbo. obligat. & in l. ait praetor. §. 1. de iudic. & in l. certum de rebus creditis quibus in locis declarando doctrinam Bart. communiter receptam in l. si ita scripsero 38. de condit. & demonstra. sub num. 1. † Qua cautum reperitur, vt pro testamēto perfecto, legitimo & valeat illud quod testator mandauerat pro testamento obseruari, quod in posse Guardiani fratrum Minorum alicuius monasterij reliquerat, in quadam sedula sua & propria manu scripta ordinatum; fuit enim Ias. in ea sententia vt haec Bartoli traditio, intelligeretur in legatis tantum particularibus, in sedula cōtēntis, nullatenus vero in institutionibus & substitutionibus directis, ex quo pro forma testamenti fuit inductum, vt testator ore proprio haeredem nominasset vt in l. haeredes palam. 21. de testam. §. fina. insti. eod. l. hac consuleissima. §. per nuncupationem C. eod. qua non potuit per equipollentiam adimpleri. † Conuincitur enim haec Iasonis sententia, ex supra enarrata traditione, si enim forma ordinationis testamentorum (de qua in dict. leg. iubemus) respicit certum & determinatum effectum, ne aliqua ambiguitas suborietur, quis poterit dubitare, quod si iste effectus possit consequi ex supradicta ordinatione facta in manibus Guardiani fratrum Minorum, quod non valeat? & viribus subsistat, ex regula leg. asse toto 77. de haered. institu. cum ex ea referens semper sit in rela-

to, & sic contra Iason. sunt ferē omnes interpretes Iul. Clar. §. testamentum q. 4. n. 3. post Ripp. in l. ait praetor. §. si Iudex. n. 2. de Iudi. Couar. in c. cum tibi de testa. n. 5. Roder. Xuar. in l. post rem iudicatam exten. 2. n. 2. Damoder. in inquiridion. par. 5. Padill. in l. cum quidam n. 12. de lega. 2. Aluarad. de coniectura. men. defuncti. lib. 4. c. 2. n. 30. & lib. 3. c. 1. n. 17. Mantri. & alij quos cumulat Bouadill. lib. 2. politicoi. c. 4. n. 22.

Ex eademmet comprobata traditione inferre, poteris, ad intellectum constitutionis praesentis Principatus edite sub anno. 1599. incipientis per conseruar c. 27. permitentis facultate, licentiam, & promissum parentibus, prohibendi Trebelianicam, inter filios primo loco institutos, dummodo fiat per verba expressa prohibitionis, vt intelligatur in equipollentibus, cū quibus poterit patet dictam Trebelianicam prohibere, licet contrarium obseruet diligentissimus Iaco. Cancer. lib. 3. varia. cap. 2. nu. 92. quem ex alijs sub glof. 4. nu. 54. refutauius, sola illa instantia adducta, vt requisitum pro forma, per casum equipollentem nequeat adimpleri, si enim forma inducitur ad aliquem effectum, & per equipollens potest effectus consequi, quin dubium erit quod in casu dictae constitutionis, ex quo in ea desideratur certus effectus, quod non possit per equipollentiam adimpleri; † Quod autem in memorata constitutione desideretur certus effectus patet, ex prohemialibus verbis eiusdem constitutionis, de quibus aliquando diximus sub glof. 1. num 135. denotari causam finalem ad l. final. de haered. institu. Sarmien. Selecta. lib. 1. cap. 12. numer. 2. Molin. de primoge. lib. 1. cap. 5. num. 6. Gutier. latissime in pract. lib. 3. quaest. 17. nu. 72. cum seqq. & idem Cancer. lib. 3. varia. cap. 15. num. 264. & in materia statutaria additio Bart. ad l. omnes populi colum. 4. verbo. absurditatem de iustit. & iur. † Vnde cum

prohemalia dicte constitutionis sint per conseruar los patrimonis de les cosas principals quæ diriguntur ad inducendam conseruationem hæreditatum, ne per partes distribuantur: certum fiet hæc esse causam finalem, solumquæ ad hunc effectum constitutione & curiam atendisse, quem per equipollens consequi posse, non potest dubitari, & consequenter formam prohibedi Trebelianicam in constitutione præscriptam, posse per casum equipollentem ad impleri non erit dubitandum, iuxta terminos traditos per Manti. & alios per cum relatos de coniectu. lib. 7. tit. 12. n. 7. Peregr. de fideicom. art. 3. n. 206. † Et tunc succedit illa communis traditio & Barto. doctrina communiter recepta in l. omnes populi de iust. & iur. q. 4. sexte. quæstionis principalis qua cautum est, quod verba statuti licet generalia, restringatur ad casus qui comprehendendi possunt sub statuti ratione expressa, quod mirifice illustrauit in singulari casu Philipp. Macin. ad l. Gallus. in prin. nu. 96. de lib. & posthum. cum igitur ratio in constitutione illa expressa, vt conseruentur patrimonia potest vigere, si prohibitio fiat per verba virtualiter importantia & inducentia prohibitionem Trebelianice, igitur etiam si per verba illa generalia expressa disponatur, dicta Trebelianice prohibitionem, nihilominus per equipollentem casum poterit adimpleri.

149 Circa secundum, nil puto esse immutatum per nostram constitutionem (disponentem sufficere mentionem fieri in testamentis paternis de filijs) ab eo quod de iure dispositum sit, vt dispositiue mentionentur, non enim sufficit qualis qualis hæc mentio faciendâ, & per constitutionem optatâ; sed quod sit dispositiue abhibita, nec sufficere enuntiatuæ fieri, sicut consulti aliquando super quodam rustici testamento, in quo de filio testatoris matrimonio copulato, solum facta fuit mentio, creando illum manumissorẽ ad exequandas pias voluntates in eo

relictas, quo casu consului pro nullitate testamenti; non enim præsens nostra constitutio, in aliqua illius parte, abrogauit partem illam iuris communis † Qua cautum reperitur per enuntiatuam nihil disponi; præcipue in institutione, vt colliges ex illo celebri & tam variè intellecto Responso Pomponij. l. C. in l. si quis cum. 16. §. fina. de vulgar. vbi testamentum factum per patrem, cuius institutio cõcipitur sub formula Galli Aquilij (de qua alibi diximus) nulla validitas tribuitur, ex quo filius inuenitur præteritus: si verba igitur enuntiatuæ & conditionalia disponerens, certum esset testamentum sub dicta Galli formula conceptum, nullatenus ibi nullum iudicaretur, ex quo institutio filij enuntiatuæ proponitur facta sub illis verbis *si me viuo morietur &c.* † Si enim Couar. in c. rati nuntius. §. 3. n. 9. textum istum expendisset, vel saltim allegasset, posset ad huc super illius voto aliquantulum insistere, ceterum silentio illum inuoluendo, nullam causam inuenio adhærendi sue sententiæ & opinioni, & sic si vigente nostra constitutione in presenti Principatu, quis sub formula Galli testaretur de qua in l. Gallus. 29. de liber. & posthumis, adhuc persistere mus, super testamenti nullitate, sicut vigete iure comuni percussissem, nisi sequamur opinionem doctorum dicentium Virtualiter † ex formula Galli Aquilij dici filios institutos, sub vocatione illa conditionali *si me viuo morietur* contra quos sume vrget dispositio. §. in omnibus d. l. Gallus, vbi Secuola supponit intelligendâ esse de necessitate, præcessisse institutionem filij, qua prætermittente ante formulâ Galli Aquilij, † Sed ab ea incipiendo, neque de iure communi, neque nostro municipali puto testamentum valere, sub d. Galli formula conceptum, non enim esset necesse præmittere filij institutionem si ex d. Galli formula institutio induci posset, quo fit, vt enuntiatuæ conditionalia nil ponant in esse, etiâ si sola mentio filiorum euaderet nullitatem

tatem testamenti, cum mentio ista intelligatur iuxta terminos iuris communis, vt fiat dispositiue; & si Doctrina Didaci Couar. obstaculum tibi faciat pro ista sententia, recurras quæso ad Ant. Fab. de eror. pragmati. decal. 26. eror. 5.

154 Nec insistas iterum quæso, quod sola mentio desideretur per nostram constitutionem, quæ in formula Galli satis verificatur. dices namque: quod si hoc sufficeret quo ad terminos nostræ constitutionis, sufficeret etiam datis terminis iuris communis, vbi institutio in legitima, liberat testamentum a nullitate, & si formula Aquilij valeret, reperiretur filius institutus in plusquam legitima, & ex consequenti valeret, & tamen non valet, igitur vis nullitatis solummodo consistit in formula illa enuntiatuæ & conditionaliter conceptâ; si igitur in dicta institutione de omnibus bonis facta non subsistit, quomodo quæso subsistere potest vbi sola mentio desideratur? † Dici enim solet, quod plus vel minus non mutant substantiam rei, nec faciunt illam differri specie ad leg. fina. de fund. instr. instr. l. Scapham. 44. de euic. Bart. in tracta. de Alueo. versi. stricta ratione nume. 2. Surd. decis. 7. num. 22. non enim ex quo plus desideratur relinqui filio de iure communi, quam per nostram constitutionem, potest facere, vt res ipsa differat specie, & substantia illius mutetur, vt scilicet eisdem formis & modis quibus plus illud relinqui debet, relinquatur hoc minimum, vt mentionetur filius per verba dispositionem inducentia licet verificetur in vno Obolo.

156 Vtrum autem filius præteritus (per nullam illius mentionem factam in testamento paterno, iuxta terminos nostræ constitutionis) possit aprobare testamentum, vt per illius approbationem nullitas euiteretur quo ad alios filios, quia apud doctores communes & recentiores, valde decisum & resolutum reperitur, sola illorum cumulatione

me absolutum reputabo ab illius dispositione, videas l. Clar. §. testamentum q. 43. Gom. l. 22. Tau. n. 5. Coua. in c. Rainaldus. §. 2. n. 2. Roder. Suar. in l. quoniam in prioribus ampli. 10. n. 31. cum seqq. Menes. in l. donationis C. de transac. Gurier. in practi. lib. 3. q. 75. n. 2. & in c. quamuis pactum in prin. n. 25. & in l. nemo potest. n. 142. de le ga. primo.

157 Vnum tamen notatu dignum aduertere liber, quod licet de iure communi illud receptum sit, quod sola illa præteritio facit nullum testamentum quæ mala mente sit facta, iuxta terminos l. cum ex filio. 39. in prin. de vulga. l. si emancipatus. 16. de bonor. posces. con. tab. l. filijs matrem. 25. C. de inoffi. † Quod etiam in exheredatione magis receptum est l. multi. non note 28. vbi Pau. & Alex. de liber. & posthum. l. si Patronus. 12. §. si quis non mala & l. Paulus. 47. de bon. liberto. Roder. Xuar. in l. quoniam in prioribus limita. 1. latissime & accurate Peregrin. lib. 4. concil. con. §. 1. per totum vbi ingeniose quando dicatur bona vel mala mente facta, post Petr. Greg. in sintagma. iuris vniuer. lib. 42. n. 27. † Tamen cum per nostram constitutionem & glof. sit dispositum, solam mentionem filiorum purgare vitium nullitatis, obrogando illam iuris partem, qua cauetur, præteritum dici, qui nec institutus, nec exheredatus reperitur, etiam si ampla legata eidem sint relicta, vt in §. hæc eadem insti. de hæredita. quæ ab intesta. & in prin. insti. u. de exhereda. declaratum per Acoft. in c. si pater verbo. in re certa. n. 4. de testam. in. 6. Ias. in l. filia. n. 5. C. de cõtr. tabu. & declarat. Anton. Pega. in l. inter cetera. 2. parte repetitionis principalis c. 7. per totum Fol. 57. † Et in præterito (eo modo quo de illo nulla sit mentio intestamento dispositiue) non potest adaptari aliqua qualitas, ex qua colligatur præteritionem fuisse non mala mente factam, vt colliges ex inuestigatione causa-

causarum inducentium bonam mentem, scilicet fiet de primo ad ultimum, in hoc Principatu, (vigente presenti constitutione) omnem preteritionem, per quam, nulla fit mentio de filio, testamentum paternum nullum effici, nec esse locum distinctioni prelibate, an bona vel mala mente sit facta, cum nullatenus dicere & affirmare quis que valeat, patrem nullam mentionem de filiis faciendo sed silentio illos inuoluendo, bonam habere mentem.

161 Tandem obseruabis, omnia & singula in presenti glosa dicta & obseruata in testamentis parentum, dicenda, obseruanda, prorogandaque fore ad testamenta filiorum, respectu genitorum seu parentum eorum, quorum preteritio (eo modo quo de filiis diximus) nullum faciet filiorum testamentum, si nulla in eo fit de parentibus mentio, ut deduces ex coadequatione & paritate quam inter patrem & filium respectu illorum legitimarum facit l. nam & si parentibus. 8. de inoffi. te

162 sta l. cum Ratio. 30. de bon. damnato. ¶ Iuncto illo quod dici solet apud doctores, pretereundos non esse, quibus legitima debetur absque vitio nullitatis Bal. l. maximum vitium n. 2. l. C. de liber. prater. Afflic. decis. 158. n. 5. Clar. in §. testamentum. q. 42. n. 7. Surdus de Ali

163 men. tit. 9. q. 2. n. 23. ¶ Et sic inconculse seruatur, preteritionem parentum, sicut filiorum, viciare testamenta glosa singularis in §. ex heredatos in autentico de hered. & Falci. Manti. de coniectu. lib. 5. tit. 12. n. 10. Et consequenter licet constitutio nostra loquatur in testamentis parentum, iniungendo eis necessitatem mentionandi filios, idem exsupradictis obseruandum erit in testamentis filiorum relinquentium parentes. quod ut nullus locus dubitandi relinqueretur, post duos annos condite nostre constitutionis, per Regem Petrum. 3. illius autorem, Eleonor ¶ Regina illius consors in Comitibus Dertuse celebratis anno 1365. sub

164

c. 7. hodie consti. vna sub tit. de filiis & patribus preteritis disposuit, filiorum testamentis non dici nulla, etiam si titulo institutionis non sit facta mentio parentum, dummodo legitima sit eisdem salua, quod intelligendum est ex beneficio supplementi de quo in l. omnimodo C. de inoffi. qua non esse abrogata per nostram constitutionem in superioribus obseruauimus, & consequenter omnia que de mentione filiorum facienda duximus obseruanda in testamentis parentum, erunt legitimanda ad testamentis filiorum, per easdem regulas d. casui adaptatas, ut valeant difficultates suboriendas distinguiri. Quod facere iam nobis tempus est, his nostris (preter institutum plusquam existimabamus) diffusis commentariis, in quibus si forte aliquid boni dictum sit, tribuatur Altissimo, qui linguas infantium facit esse disertas, & conuertere potest petras in fontes aquarum, si vero minus ineptum quam decet tanto audaciori munere in publicum subeundi, inbecillitati nostre adiungatur; subiuciendo omnia & singula in nostris Commentariis enucleata, correctioni sancte Matris Ecclesie, illiusque ministris designatis ad Sanctum Officium Inquisitionis, quibus polliceor me retractaturum integro tractatu, eorum que digna correctione suis dominationibus visum fuerit, deprecor que Lectorem, & precipue conprovincialem, ut equo animo beneuolus conatu, nostris hucusque traditis vigilijs fruatur, dum alia ad constitutionis hac nostre, a foragitar fraus & com fer, contraure precipuas in nostro volumine constitutionum, ad supra scriptum effectum finem & institutum paramus. Que si absoluere det nobis D. O. M. non minima congratulatione (illam nempe quam librorum autores a lectoribus desiderant) sub fiducia nobis pollicemur, quod spero intercessione Beati Francisci, in cuius natalicia quam Ecclesia sub indictione. 4. Octobris celebrat ultimam manum huic operi imponimus Sub Anno. 1616.

LAVS DEO QUI HEC NOBIS OCIA FECIT.

LOCUPLETISSIMVS
OMNIUM TAM RERVM QVAM
VERBORVM SCITV ET NOTATV DIGNORVM

que in his commentarijs continentur; ordine
Alphabetico dispositus.

Cuius litera. G. glosam, numerus vero prior glose numerum, litera. N. numerum, posterior vero numerus, marginales numeros uniuscuiusque glose dicant.

A Brogatio in quibus differat a derogatione. g. 2. n. 162.

Actio nascitur fideicommissario ex testamento, post euentum conditionis, sicut nascitur creditori conditionali post existentem conditionem. g. 1. nu. 242.

Actio ad rem immobilem petendam competens alicui, pro immobili iudicatur sequendo conditionem rei petende. g. 2. num. 132.

Constitutio nostra solum disponit quando impubes non habet substitutum pupillarem, eo tamen habente remanet dispositio ad ius commune cum certis modificationibus, g.1. numer.125.

Constitutio nostra in prioribus illis

verbis, *morints abintestat*, declaratur, g.1.n.139. & gl.4.n.315. Constitutio nostra an sit in exemplari substitutione intelligenda, gl.1. n.393. & 396.

Constitutio nostra quam iuris partem corrigere videatur, g.1. nu.396. Constitutio nostra in illis verbis, *per qualseuol titol, causa, y rao*, declaratur sub g.2.n.17.

Constitutio nostra an causam mediatam, vel immediatam considerauerit, quoad delationem bonorum concedendam, & cognoscendum vnde bona descendant, g.2.n.32.

Constitutio nostra in illis verbis, *o de altres parents*, quomodo intelligatur, g.2.num.35.

Constitutio nostra nihil disponit de aditione, vel agnitione facienda per impuberem, sed solummodo procedit reseruando legitimam parentibus, g.2.n.44.

Constitutio nostra nihil inmutauit circa vsum fructum patri debitum a lege ipsa in bonis filiorum, g.2.n.47.

Constitutio nostra inter alias iuris partes quas corrigit illa præcipua est quæ continetur sub, *l. si infanti*, C. de iur. de liber. in ea scilicet parte in qua defert patri successione infantis descendens ab intestato, deferendo hic, bona infantis, non patri, sed cognatis, g.2.n.49.

Constitutio nostra tantum considerat qualitatem dominij patris, vel matris ad dignoscendum, an sit res paterna, vel materna, glo.2.n.98.

Constitutio nostra vtrum disponat, & decisionem suam protrahat ad bona collateralium impuberi de cuius successione agitur delata, an vero tantummodo ad bona ascendentium, g.2.n.155. & n.158.

Constitutio nostra data opera, & affectate adnectit verba, *ab auo*, quæ si deficerent solum bona paterna comprehenderet, g.2.n.165.

Constitutio nostra quit disponat, & inducat contra ius commune, g.3.n.1

Con-

I N D E X.

Constitutio nostra in illis verbis, *seruat orde de dret Roma* enodatur, & declaratur, g. 3. n. 17. & nu. 26. vbi contra nostrum practicum Mier. retorquentur superiora verba.

Constitutio nostra qualitatem agnationis in successione bonorum patrum impuberis nullatenus considerat, g. 3. n. 27.

Constitutio nostra, an procedat in impubere pupillo illegitimo, seu bastardo, g. 3. n. 58. & n. 61.

Constitutio nostra, an sit ita intelligenda in bastardis secundum Doctorem Hispanorum traditiones de bastardis loquentes, g. 3. n. 62.

Constitutio nostra non procedit in bastardo impuberi, quoad illius bona paterna, secus vero quoad bona materna respectu cognatorum, g. 3. n. 63.

Constitutio nostra vtrum debeat seruari in presentandis beneficijs, proximioribus de genere conferendis, glo. 3. n. 75.

Constitutio nostra vtrum procedat in bonis extra principatum existentibus impuberis, intellige cui succeditur in hoc principatu, g. 3. n. 76.

Constitutio nostra procedit in bonis impuberis, & non in persona illius considerando bona, & non personam, g. 3. n. 77.

Constitutio nostra, & quelibet alia lex, quae excludit parentes a successione filiorum intestatorum, sunt & reputantur odiosissime sub g. 3. numer. 80.

Constitutio nostra in illis verbis, *fins al quart grau*, vtrum sit intelligenda inclusivae, vel exclusivae, g. 3. n. 83.

Constitutio nostra, ideo reseruauit legitimam parentibus, ex quo eo ipso, quod lex procedit priuando successione, visa sit, etiam priuare eos a legitima ipsis debita, g. 4. n. 1.

Constitutio nostra expenditur, & ponderatur in duabus partibus illius, & ad elegans propositum sub. gl. 4. numer. 77.

Constitutio nostra solum intelligen-

da venit in bonis impuberis liberis nullo grauamine, seu onere fideicommissi subiectis, nullatenus vero in bonis restitutioni suppositis, g. 4. numer. 78.

Constitutio nostra, sub illis verbis, *so la legitima reseruada*, in quibus corrigere videatur authenticam defuncto ad Tertilia, g. 4. n. 192.

Constitutio nostra in illis verbis, *e aso mateix sia seruat*, ponderatur, & expenditur, g. 4. n. 215.

Constitutio nostra expenditur in illis verbis, *e seruades les condicions*, & c. gl. 4. n. 306.

Constitutio nostra in relatis verbis prioribus, *morints ab intestat*, cum sequentibus proximioribus expenditur, g. 4. n. 315.

Constitutio nostra nedum praecipit, & statuit condiciones expressas seruo, sed etiam tacitas, & omnes que sub nomine conditionis possent comprehendere, g. 5. n. 249.

Constitutio nostra si de matre expresso non disposuisset sub illis verbis, *e aso mateix sia seruat en los bens de la mare*, vtrum nihilominus bona materna comprehendisset, g. 6. numer. 8. & n. 30.

Constitutio nostra in quibus consonet, & concordet cum iure communi, g. 6. n. 44.

Constitutio nostra, & eius decisio vtrum trahi possit ad legitimatos tam quando agitur de succedendo eisdem, quam quando illi sint admittendi ad successione legitimi, g. 6. n. 77.

Constitutio nostra ex quo priuat matrem a successione bonorum, vtrum voluerit etiam illam priuare a tutela legitima delata ex authentica matris, & auiae, g. 6. n. 137. & n. 140.

Constitutio nostra in illis verbis, *sola legitima reseruada*, expenditur, & ponderatur sub g. 6. n. 144.

Constitutio nostra in illis verbis, *torn peruenga substituesch, e sic deuolut*, declaratur, & enodatur sub gl. 7. n. 2.

Constitutio nostra in illis verbis, *e sem-*

I N D E X.

semblans del tot en tot sien agudes, g. 7. num. 30. 31. & num. 32.

Constitutio nostra omnia verba, quae ius commune pro communibus repuaruit, induxit, & habuit facit, & conuertit in directis taliter, quod exinde in hoc principatu solum habemus verba directa, & obliqua, glo. 7. num. 25.

Constitutio nostra nihil immutauit circa testamenta militum, nec eorum priuilegia, glo. 7. n. 79.

Constitutio nostra expenditur, & ponderatur in optimo casu, gl. 7. nu. 146.

Constitutio nostra in finalibus illius verbis inducens solam mentionem filiorum validasse testamenta paterna, illaque liberatio a vitio praeteritionis, vtrum solum procedat in testamentis factis inter filios, g. 8. nu. 161. & num. 163.

Constitutio finalis hoc titulo incipiente, *co apar gran iniquitat*, edita per serenissimum Regem Philippum II. in comitijs Morisoni celebratis anno 1585 declaratur perfunctorie vna cum declarationibus, & limitationibus sub g. 1. a nu. 309. vbi inseritur series, & contextura illius, vsque ad n. 402.

Constitutio finalis hoc titulo intelligi debet in casu tantum in quo loquitur cum exorbitet a iure communi, & consequenter intelligitur in bonis a matre filio impuberi delatis, g. 1. n. 311.

Constitutio finalis hoc titulo non considerat duplicitem vinculi, sed solum gradum ad lineam a qua bona proueniunt, glo. 1. n. 335.

Constitutio finalis hoc titulo in illis verbis, *segons orde de dret Roma*, declaratur sub g. 1. n. 346.

Constitutio finalis hoc titulo, vtrum sit seruanda in omnibus gradibus substitutionis pupillaris, vel an sufficiat adimpleri illius requisita in primo gradu, g. 1. n. 348.

Constitutio finalis hoc titulo in illis verbis, *y no en altres persones*, declaratur g. 1. n. 351.

Constitutio finalis hoc titulo in diuersis casibus intelligenda, g. 1. n. 340.

Constitutio finalis hoc titulo, vtrum sit intelligenda in exemplari substitutione concipienda, vt astringatur in ea pater substituere agnatos, seu cognatos intra quartum gradum atenta linea, vnde bona descendunt, g. 1. num. 393. & n. 396.

Constitutio prima hoc titulo in quibus casibus reperiatur correcte per nostram constitutionem, & in quibus remansit in suo robore, glo. 2. n. 160. & nu. 162. & antea n. 14.

Constitutio 27. anni 1599. incipiente, *per conseruar*, cum loquatur in prohibitione Trebelianice, an sit intelligenda in falcidia, g. 6. n. 12.

Constitutio *com fer o contraure*, filiam non priuat bonis paternis a maioribus vincularis in illius fauorem etiam si contrahat matrimonia clandestina, g. 4. num. 83.

Constitutio prima incipiente hac nostra sub titulo *disolt lo matri. quin dret per tan a la viuda*, non viget in bonis restitutioni subiectis, g. 4. nu. 79. vbi sub nu. 80. expenduntur priora verba illius.

Constitutiones huius principatus, quam interpretationem admittant, g. 6. num. 31.

Constitutiones Cathaloniae non possunt extendi, per Regios Senatores ad casus similes ex identitate rationis licet possint declarari, gl. 6. n. 34.

Constitutiones Cathaloniae licet non admittant interpretationem bene vero de stricta significatione vocabuli ad latam extensionem admittunt cum sola friuola interpretatio reiiciatur, & non legalis, g. 1. n. 44. & 48.

Constitutiones Cathaloniae non possunt dispositiones suas extendere ad bona subditorum extra principatum existentia, g. 3. n. 78.

Contractus non admittunt congeturas, g. 1. nu. 198.

Contractus validitas dependet a tempore conuentionis, & ab eo consideratur circumstantie ad inducendam validi-

I N D E X.

validitatem, seu inualiditatem etiam si conditionaliter concipiuntur, g. 1. n. 213. 236. & 254.
 Contractus conditionalis validitas consideratur ad tempus conditionis implende, g. 1. n. 230.
 Contractus consideratur a die præstationis, seu extensionis concensus, & ab illo dicitur vltro citroq; obligatorius, g. 1. n. 237.
 Contractus in diem, vel sub conditione casuali, vel mixta celebratus accipit robur a die conventionis nullatenus vero a die adimplementi conditionis, g. 1. n. 239.
 Contractus conditionalis resiliri nõ potest per alterum ex contrahentibus pendente conditione, nec erit locus penitentie pendente conditione sub qua fuit celebratus contractus, g. 1. num. 240.
 Contractus, & stipulationes ex verbis adhibitis in eorum celebratione æstimandi, seu æstimande sunt, g. 1. n. 279.
 Contractus vno modo gestus non potest inuito altero ex contrahentibus in aliam speciem contractus mutari, g. 4. n. 188.
 Contractus dicitur in separabilis ratione nature, & forme, glos. 4. num. 189.
Contradictoria, seu contradictoria, & quæ secum implicant contradictionem in Deo Opt. Max. non possunt reperiri gl. 6. num. 123.
Contra voluntatem defuncti facit, qui neglexit facere ea per que voluntati possit optemperari, g. 4. n. 130.
Contraria simul, & semel, in vno eodemq; subiecto concurrere non possunt sub glos. 5. n. 246.
Consuetudo inducens, quod stantibus filiis masculis filie femine non succedant, quando valida sit glo. 8. num. 61.
 Consuetudo, vt legitimè dicatur inducta, quos & quantos actus requirar, & quodnam tempus desideretur, glos. 8. n. 121.
 Consuetudo inducta contra legem

Principis clausulam expressam derogatoriam, ad consuetudines secum habentem non valet, g. 8. n. 128.
 Consuetudo quando est præter ius ad similes casus extendi solet si vero sit contra ius inducta nulla extensio admittitur, glo. 4. n. 207.
 Consuetudo præter ius inducta, ad similia extendi potest secus si contra ius, g. 6. n. 4.
Conservatio agnationis non fuit inducta in casu legis humanitatis, C. de impuber. glo. 1. n. 417.
Correctio legis facta in vno ex correlatis, vtrum præsumatur facta in alio non expresso, glo. 6. n. 9. & n. 10.
 Correctio inducta per legem recentem, & nouam in vno ex coadequatis, & correlatis in lege antiqua, & veteri, an præsumatur facta, & inducta ad omnes correlatos, g. 6. n. 52.
Correctoria interpretantur semper, vt quantum sit possibile minus deroget ius commune, g. 2. n. 157.
 Correctoria non extenduntur ad casus similes etiam si in similibus militet ratio legis correctorie, g. 6. n. 32. & quæ dicantur correctoria, & in quibus differant ab exorbitantibus, & limitatorijs, glos. 6. num. 41. & num. 47.
Correlatiui ex diuersis rationibus in lege comprehensi non extendunt dispositionem in vno ex eis factam ad aliud, glo. 6. n. 56.
Correlatiuorum eadem debet esse ratio par virtus, & equale iudicium, g. 6. numer. 2.
Correlatiuum vnum correctum an aliud dicatur, & præsumatur correctum, quando diuersa militat ratio in correcto, quam in alio non correcto, g. 6. nu. 9.
 Cui non licet, quod est minus, nec licere debet, quod est plus, g. 4. n. 43.

DE LITERA D.

Damnum dedisse videtur, qui causam damni dedit, g. 5. n. 287.
Debita descendencia, & emanantia ab illa

I N D E X.

illa causa a qua bona emanant pupilli, seu impuberis per illius successores sunt soluenda, g. 3. n. 92.
 Debita conuenientia, vel ex contractu prouenientia veniunt in confiscatione bonorum, secus vero si decedat ex fideicommissio, vel ex alia vltima dispositione, g. 1. n. 208.
 Debita conditionalia soluta ante euentum conditionis non condicuntur sub g. 1. n. 247.
 Debita legalia distribuenda per aliquem non possunt cum onere distribui, g. 1. n. 362.
 Debita contracta per pupillum, seu impuberem, vel illius curatores, per quos successores illius sunt soluenda impubere defuncto, casu quo contingat diuersos habere successores atenta delatione bonorum secundum formam nostræ constitutionis, g. 3. num. 87.
 Debita illius cuius bona confiscantur si apud diuersos fiscos bona vadant vnusquisque ex fiscois pro modo quantitatis sibi ex bonis contingente soluit debita, g. 3. n. 90.
 Debita omnia a lege largita nullum admittunt onus grauamen, sicut contingit in legitima filiorum, g. 8. n. 54.
Debitor in diem non potest diem solutionis anticipare, nec per anticipatam solutionem potest fraudem inferre, g. 4. n. 309.
Debitum in foro conscientie tunc demum dicimus esse tale quando in eo adest obligatio naturalis, quæ sola de se facit deberi in foro conscientie, g. 8. num. 114.
Decedens in ascendentem numquam transmittit hæreditatem non aditam, nec agnitam, g. 2. n. 43.
Decime laico debite vtrum debeantur per religiosos habentes priuilegium non soluendi decimas ex suis prædijs, g. 6. num. 75.
Deo Senatus Regni Aragonum 34. in ordine relata per Seie intelligitur sub gl. 1. n. 219.
 Decisio nostri Senatus de non admi-

tendis appellationibus ad alium Senatam astringit subditos ad illam decisionem sequendam, g. 5. n. 76.
 Decisio Senatus vtrum sit sequenda potiusquam iuriconsultorum sententia, & quid iure municipali atento, g. 5. n. 148.
Decisiones duæ supremi huius principatus Senatus declarantur, & intelliguntur sub g. 4. n. 19.
 Decisiones Regni Senatus relæte pro Cancer, & Fontanilla in locis designatis locuntur in contractibus, & autor loquitur in vltimis voluntatibus in casu relato sub g. 5. n. 105.
Decisus notatur in tribus locis, & in tribus assertionibus, seu doctinis illius sub g. 5. n. 156. & iterum ad aliud propositum sub n. 179.
Decretum iudicis, quemadmodum est necessarium pro validitate distractionis, seu alienationis rei immobilis pupilli, vel minoris viginti quinque annorum, est ita necessarium pro validitate distractionis actionis competentis ad rem immobilem glo. 2. n. 133.
 Decretum iudicis non est necessarium ad roborandam alienationem faciendam per patrem de bonis filij aduentitij, semper, & quando alienatio est necessaria, g. 4. n. 177.
 Decretum iudicis non est necessarium ad confirmanda statuta per populum stabilita, & ordinata, ex quo iam ius commune facultatem populis statuedi concesserat, glo. 8. n. 123.
Delatio bonorum proximioribus secundum terminos constitutionis nostræ non suspenditur, etiam si impubes decedat patre relicto, qui cõseruat vsum fructum toto tempore vitæ suæ, glo. 4. nu. 320.
Deterioratio contingens in rebus dotalibus æstimatis constante matrimonio pertinet ad maritum, sicut pertinet etiam emptori in contractu emptionis perfecta venditione, g. 2. n. 86.
Detractio duplicis quartæ Trebelianice nõ potest, & falcidie de iure civili nullo loco permittitur, & recencentur Doctores

I N D E X.

res contrariam sententiam firman-
tes, g. 4. n. 76.
 Dicitio, *nullomodo*, quid importet, & quid
denotet sub g. 1. n. 20.
 Dicitio, *in*, adiuncta alio verbo, seu di-
ctioni importat negationem, g. 1. nu-
mer. 27.
 Dicitio, *quoque*, similitudinem semper
& regulariter denotare solet sub g.
1. nu. 53.
 Dicitio, *huiusmodi*, reputatur, vt demō-
stratiua, & vt relatiua prædicatur ab
omnibus, g. 1. n. 110.
 Dicitio repetitiua, & demonstratiua
refertur semper ad casus corporeis
oculis percipiendos, g. 1. n. 111.
 Dicitio, *sibi* quando personalitatem
significet, g. 1. n. 216.
 Dicitio, *ex*, causam immediatam de-
notare solet, sed si iungatur cum ge-
nitiuo originem denotare solet. g. 2.
n. 15. & 16. & g. 7. n. 84.
 Dicitio generalis iuncta cum alia di-
ctione non minus generali compre-
hendere est sufficiens omnes casus
priuilegiatos etiam si sint dissimiles
dummodo ratio dicti cui dictio gene-
ralis adnectitur illos comprehendat
g. 2. n. 19.
 Dicitio, *alij*, de qua in constitutione
nostra fit mentio, & posita inuenitur,
quid importet, an sit repetitiua simi-
lium, g. 2. num. 156. & num. 163. &
164.
 Dicitio, *si vero*, est aduersatiua ad ius,
& ad factum, g. 3. n. 50.
 Dicitio, *tunc*, temporis extremitatem
denotat, g. 3. n. 52.
 Dicitio, *etiam*, dicitur aliquando im-
plicatiua, vt in g. 4. n. 272. aliquando
vero alternatiua, vt in glo. 5. numer.
109.
 Dicitio, *vsque*, latine, & vulgariter, *finis*
posita in constitutione nostra, & con-
stitutione finali hoc titulo nostro, v-
trum sit inclusiua, vel exclusiua glof.
3. num. 82. & 83. cum seqq.
 Dicitio, *vel*, disiungit casus, & conse-
quenter inter diuersa regulariter po-
nuntur g. 4. n. 122.

Dicitio, *sola*, que reperitur in constitu-
tione nostra restringit dispositionem
& ad que illam restringat g. 4. num.
212. & g. 6. num. 144.
 Dicitio taxatiua, vel restrictiua exclu-
dit omnes casus preter comprehesos
sub tali dictione taxatiua, g. 4. n. 213
 Dicitio, *si*, conditionem facit g. 5. nu.
133. & num. 190.
 Dicitio, *inuicem*, de qua in l. iam hoc
iure de vulgar. communionem indu-
xit, g. 7. num. 15.
 Dicitio, *similia*, consulto, & data ope-
ra fuit in nostra constitutione adie-
cta, quæ si deficeret omnia verba cō-
munia, non fierent directa sed solum
modo, quæ in constitutione reperirē
tur, g. 7. nu. 30.
 Dicitio, *velut*, quid importet sub g. 7.
num. 100.
 Dicitio, *frustra*, inducit omnimodam
nullitatem, g. 7. n. 132.
 Dicitio, *dumtaxat*, a sua natura taxati-
ua, g. 8. n. 92.
Didacus Couarruias refutatur, & quædā
illius traditio impugnatur sub glo. 8.
num. 151.
Dies incertus conditionem facit, & conse-
quenter dies mortis cum nil incer-
tius morte ipsa, g. 5. num. 191. & 192.
Differentia notabilis inter codicillos ordi-
natos pro se, & ordinatos pro filio im-
pubere, vt primo casu iuris rigore a-
tento valeant ordinata per testato-
rem: secundo vero casu nequaquam
g. 1. n. 177. & 178. & 179.
 Differentia inter hæredes, & bono-
rum possessores, g. 2. num. 3.
 Differentia inter abrogationem, &
derogationem, g. 2. n. 162.
 Differentia inter fructus alicuius iu-
ris vniuersalis, & iuris particularis, &
interesse, & quomodo hoc vltimum
a fructibus ipsis differat, gl. 4. nu. 24.
 Differentia inter prohibitionem de
non alienando simplicem extra fa-
miliam, & prohibitionem de non a-
lienando adiecta, seu inserta causa, vt
in familia remaneat, g. 4. n. 117.
 Differentia inter omissionem, quam
facit

I N D E X.

facit pater non percipiendo fructus,
quos habet in bonis filijs, & renun-
tiationem expressam, quam de illo-
rum perceptione facit, & inter priua-
tionem a matre factam, gl. 4. numer.
243.
 Differentia inter emancipationem,
& suitatem, an sit quoad omnia subla-
ta, an solum quoad successionem in-
testatam, g. 8. n. 96.
 Differentia inter vocatos ex proprijs
personis, & admissos ad hæreditatem
iure transmissi, g. 5. n. 177.
 Differentia notabilis inter modum,
& conditionem, g. 5. n. 194.
 Differentia, inter corrigere, exorbi-
tare, & limitare, g. 6. n. 40.
 Differentia inter legitimatum per
subsequens matrimonium, rescrip-
tum Principis, Curie oblationem, &
patris nominationem, glof. 6. numer.
87.
Difinitio testamenti militis, & pagani, &
illorum discrimina traditur, sub g. 1.
n. 120. & melius super difinitione te-
stamenti pagani, n. 246.
Difinitiones non dantur in iure, sed des-
criptiones dialectici enim difiniunt
nostrates vero describunt, g. 5. nume-
11.
Dilectio testatoris maior, & vrgentior præ-
sumitur ex institutione, quam ex quo
libet alio actu, g. n. n. 90.
 Dilectio testatoris colligitur per ma-
gis, & minus ex quantitate, & quali-
tate rei legata, seu in testamento re-
licta, g. 5. n. 65.
Dissimulatio tunc demum imminet, quan-
do damnum reperitur daturque sem-
per super actu illicito ad euitandum
scandalum, g. 6. n. 133.
Dispensatio Pontificis super impedimento
matrimonij, etiam si rescriptum dis-
pensationis faciat mentionem de pro-
le nata non facit talis dispensatio
prolem illam successibilem in terris
quoad temporalia Pontifici non
subiectis, glof. 6. numer. 106. quod
procedit etiam si fiat dispensatio in
radice, ibidem, n. 107.

Dispensatio super impedimento ma-
trimonij, quando dicatur facta in ra-
dice illius remissiue, glof. 6. numer.
108.
 Dispensatio facta, & concessa in radi-
ce matrimonij facies mentionem de
prole nata ex illo nefario, & incestuo-
so coitu legitimando eam ad omnes
actus, etiam ad successionem dispen-
satorum quodammodo faceret simi-
lis dispensatio, quod facta pro infectis
haberentur, g. 6. nu. 124.
 Dispensatio sola Pontificis absque
novo partium consensu, non facit ma-
trimonium validum illud nempe,
quod ante dispensationem ob ali-
quod impedimentum canonicum e-
rat nullum, g. 6. n. 131.
 Dispensatio Pontificia, seu Papalis
nulla reperitur, nec inuenitur in casu
capituli: quia circa 6. extra de consan-
gui. & affinit. g. 6. n. 132.
Dispensationes cur ex identitate rationes
ad similia nequaquam extendi va-
leant traditur, sub glof. 4. numer.
286.
Dispensare potest Princeps secularis, quod
ante quatuordecimum annum inter
mares, & ante duodecimum inter fa-
minas puberes fiant, glof. 1. numer.
14.
Dispositio tunc demum reputabitur perso-
nalis quando in ea designatur perso-
na non ad effectum demonstratiuum
tantum, sed ad alios fines, glof. 1. nu.
213.
 Dispositio principalis huius constitu-
tionis nostræ, in quo consistat, g. 3. n.
primo.
 Dispositio testamentaria regulatur
ab statutaria in materia successionis
g. 5. n. 181.
 Dispositio in vno ex correlatis facta
non extenditur ad aliū si tales corre-
latiui ex diuersis causis, & rationi-
bus, sub lege comprehenduntur, seu
dispositione, g. 6. n. 56.
 Dispositio qualibet siue sit legalis, si-
ue testamentaria, siue cōuentionalis,
semper regulatur a potestate disponētis
Ee seu

- seu inducentis eam, glo. 6. num. 68.
- Disposita* nedum seruantur in dispositionibus testamentarijs, sed ea etiam, quae verosimiliter disponentur, g. 3. numer. 32.
- Dispositum* in vno ex correllatis, quando habeat locum, vigeat, & procedat, & in alio declarat, glo. 6. n. 2.
- Dispositum de iure communi, & aliud dispositum de iure municipali de isto non praesumitur ultra expressum in illo in derogationem iuris communis fuisse dispositum, g. 6. n. 36.
- Distinctio* Iacobi Cancer. ad regulam disponentem ex actu nullo, nullam oriri obligationem, seu penam declaratur sub g. 1. n. 134.
- Distinctio a Senatu nostro facta circa fructus legitime soluendos per heredem quando legitima consistit in pecunia numerata, vel quando in corporibus hereditarijs, quando admittere, g. 4. n. 20.
- Distinctio Bartoli super directis verbis adhibita, ut quaedam istorum sint civilia, quaedam vero non civilia reprobatur, sub g. 7. n. 5.
- Distribuantur* substitutiones per omnes species illarum, sub quodam facti singulari praeter morem auctoris de quo consultus respondit, sub glo. 7. num. 67.
- Diminatio* ad iura concordanda quando reperitur necessaria non potest dici a iure vitanda fore, g. 8. n. 139.
- Doctores* Hispani nedum dici solummodo possunt, & cognominari Castellani, qui ad se vsurparunt hoc nomen, sed omnes Hispaniam de gentes, & coinmorantes, sub g. 5. n. 3.
- Doctores nostri principatus, qui praetermissis enodationibus iurium patriae ad alia per tractanda insudantur sunt admonendi, ut his praetermissis ad illa se conferant, g. 7. n. 52.
- Domini* j translatio impeditur per hypothecam rei adiunctam prohibitioni de non alienando in casu contrauentionis, g. 1. n. 273.
- Domini j directi consolidatio cum v-

- tili contingit pluribus modis, & signanter, quando res cadit in committum, g. 2. n. 137.
- Donatio* quando reuocatur licite ex causis a iure permisis per conditionis remedium solet reuocari, g. 2. n. 114.
- Donatio a patre filio spurio ex damnato, & aequabili coita facta non valet, g. 3. n. 32.
- Donatio usque ad quingentos solidos, cur non annullatur ob omnium illius insinuationem, g. 4. n. 190.
- Donatio facta Ecclesiae, vel pia causa reuocatur per filiorum superuenientiam in totum, glo. 3. numer. 262. & 263.
- Donatio facta vni ex filijs reuocatur per superuenientiam liberorum solummodo quoad legitimam cum deficiat potestas in patrem donandi quod non ita contingit, quando donatio fit Ecclesiae, g. 5. n. 264. & quid de iure poli, seu conscientiae, n. 266.
- Donatio facta Ecclesiae reuocatur per superuenientiam liberorum etiam si proponatur facta in exoneratione conscientiae, seu animae, g. 5. n. 265.
- Donatione* prohibita censetur in quandam consequentiam prohibita omnis alia onerosa alienatio, & declaratur, g. 6. num. 113. & 114.
- Dos* dicitur ad maritum perueniri ex causa onerosa, g. 1. n. 298.
- Dos, quae consistit in pondere, numero, & mensura efficitur mariti pleno iure ex tacito contrahentium consensu, g. 2. n. 115.
- Dos data ab auo contemplatione patris imputatur in legitima, g. 2. num. 168. & qualiter hoc procedat, n. 169.
- Dos dicitur, quid vniuersale, sicut de legitima dici solet, sub g. 4. nu. 16. & 18.
- Dos non excedens legitimam regulatur ad terminos legum loquentium de legitima, g. 8. n. 45.
- Dos filiabus, an sit soluenda per heredem mortuo patre non spectato tempore nuptiarum vigente statuto, quod extantibus filijs masculis filiae

- filiae feminae non succedant, sed dotentur, g. 8. n. 47. & quid dicendum, quando statutum disponit, ut dotatae non succedant, ibidem n. 51.
- Dos dicitur patrimonium proprium filiae distinctum, & se iunctum ab hereditate patris, g. 8. n. 83.
- Dotale* non dicitur illud, quod aliquando fuit penes uxorem maxime si tempore constitutionis dotis res adhuc non extabat, g. 2. n. 120.
- Ducatus*, Comitatus, seu Marchionatus diuisionem non recipit mortuo patre ab intestato, quoad titulum, quod defertur filio natu maiori, gl. 8. numer. 58.
- Dux*, Comes, seu Marchio non potest suo primogenito filio ad successionem vocato substitutum nouum dare, nec illi aliud onus imponere, quod a principio, & a prima institutione non fuisset iam impositum, nec etiam si sunt amissa filiae feminae illas poterit excludere, g. 8. n. 59.

DE INCIPIENTIS LITERA E.

- Ecclesia* licet sit priuilegiata semper tamen sub regulis iuris communis comprehenditur, nisi reperiat in specie priuilegiata, g. 5. n. 207.
- Edificium* factum per tutores pupilli in solo, vel fundo paterno, an sit paternum, ut agnati succedant, an vero dicatur proprium patrimonium impuberis, ut in illis succedant, qui de iure communi succedere debent non habitatione vnde bona descendant, g. 2. n. 53. & 68.
- Edificium a tutoribus, seu pupillo factum, & constructum, nec paternum, nec maternum dici potest etiam si proponatur factum in solo paterno, seu materno, g. 2. nu. 54.
- Edificium, quando cedere debeat, solo, & soli naturam, & dominium sequatur, g. 2. n. 64.
- Edificium factum, & constructum in solo fideicommissio subiecto, an
- dicatur restitutorium, sicut fuit solum in quo constructum fuit, g. 2. nu. 65.
- Edificium a patre factum, & constructum in area, vel solo filij vtrum dicatur filij, an patris, g. 2. n. 66.
- Edificium constructum in solo, vel area dotali, an efficiatur dotale declaratur sub g. 2. n. 67.
- Edificium factum in solo pupilli fideicommissario, vel dotali aestimandum quoad valorem illius, vtrum sit aestimandum a die constructionis quam sit in eo impensum, an a die restitutionis, quantum res fuit meliorata, sub g. 2. n. 270.
- Electiones*, nominationes, seu extractiones, quae ad annum, biennium, seu triennium vel ad aliud certum tempus sunt faciende si fiant ultra non valent etiam quo ad tempus, quo fieri possent valide, g. 4. n. 186.
- Eligens* vnum in heredem ex facultate alterius, & vice, ac nomine illius non potest electum grauare si facultas grauandi non fuerit demandata vna cum facultate eligendi sub g. 1. nu. 361.
- Eligens heredem vnum ex familia potest electum grauare dummodo tantundem quantum est in grauamine habeat, & consequatur ab eligente, & bonis suis, g. 1. n. 367.
- Eligens aliquem in heredem non potest electum grauare licet sit quodammodo visus liberalitatem exercere in electum, g. 4. n. 279.
- Eligens heredem, vel legatarium ex facultate sibi concessa per testatorem nihil videtur donare, nec dicitur bona ab eligente habere, sed a primo testatore, g. 5. n. 95. & n. 102.
- Emancipatio* in quo differat a sinitate in materia successionis, g. 8. n. 96.
- Emancipatio quando morti equiparetur, quoad iuris effectus, glo. 8. n. 93.
- Emptum* ex pecunia dotali, patrimoniali, seu cuiuslibet alterius iuris vniuersalis, an efficiatur dotale, seu patrimoniale, vel illius naturae cuius

fuit pecunia, g. 2. n. 102. 103. & num. 104.
 Emptum ex pecunia dotali, seu mari-
 ri, an debeat communicari inter con-
 iuges stante pacto, lege, seu consuetu-
 dine de communicandis lucris con-
 stante matrimonio acquisitis, g. 2. nu.
 104.
 Emptum ex pecunia dotali nomine
 mariti, an sit dotale, vel proprium
 mariti, g. 2. n. 109. & n. 117.
 Emptum ex pecunia dotali tunc de-
 mum sit dotale, quando maritus non
 reperitur soluendo, g. 2. n. 111. & n.
 113.
 Emptum ex pecunia reuera dotali
 efficitur illius naturæ cuius fuit pe-
 cunia, glo. 2. n. 116.
 Emptum ex aliena pecunia non ac-
 quiritur, nec efficitur domini pecu-
 niæ, sed emptori sub g. 2. n. 118.
 Emptum ex pecunia mutuata ad em-
 ptionem faciendam, quando censeat-
 ur hypothecatum mutuanti pro pe-
 cuniæ recuperatione cum prælatio-
 ne ad omnes creditores, g. 2. n. 119.
 Emptum ex pecunia minoris, quan-
 do minoris efficiatur, g. 2. n. 122.
 Emptum ex pecunia deposita in ta-
 bula cambij, ibique destinata ad em-
 ptionem prædiorum per dominum
 pecuniæ, vtrum censeatur illius lineæ
 cuius fuit pecunia illa, g. 2. nu. 126.
 Emptum a patre, seu matre solutio-
 ne dilatata, & solum per successo-
 rem hæredem, vel filium, vtrum dica-
 tur patris, seu matris ementium, an
 vero filij, vel hæredis soluentis, g. 2.
 num. 147.
 Emphyteusis pro se & filijs suis concessa ali-
 cui non legitimo, sed naturali tantum
 potest ad filios non naturales deueni-
 re, g. 2. n. 12.
 Emphyteuta cessans a solutione canonis per
 triennium licet cadat a iure dominij
 utilis & priuetur emphyteusi, tamen
 per probabilem ignorantiam cano-
 nis succurritur ei per restitutionem
 in integrum ex clausula generali,
 glo. 4. n. 157.

Episcopus non potest hereticos, sine Inqui-
 sitorum autoritate condemnare, nec
 absoluere, g. 6. n. 15.
Æstimatio soli, vel areæ vbi ædificium ali-
 quod construitur pupillaris, dotalis,
 seu fideicommissarij a quo tempore
 fieri debeat num a ædificatione, seu
 constructione, an a die restitutionis
 aperitur, sub g. 2. n. 70.
 Æstimatio ædificij facti in solo fidei
 commissario exigitur, & recupera-
 tur per exceptionem doli, ne ex ia-
 ctura aliena locupletetur, g. 2. nu. 71.
 Æstimatio in rebus dotalibus facta,
 quando emptionem inducat aperit-
 ur sub glof. 2. num. 81. 85. & n. 125.
 Æstimatio in rebus dotalibus non fa-
 cit emptionem, quando maritus a
 principio non est soluendo, glof. 2. n.
 90. & 92.
Ætas quæ dicatur prima, quæ secunda, &
 latè de ætatis distributione innuen-
 do contra Pinellum, sub g. 2. n. 50.
Exceptio declinatoria fori, & recusationis
 iudicis ante litem contestatam et
 opponenda, g. 3. n. 48.
 Exceptio nullitatis contra testamen-
 tum ex causa præteritionis nedum,
 per filium, sed per quemlibet alium
 potest oponi, allegari, deduci, & pro-
 bari, g. 8. nu. 19.
 Exceptio dotis amissæ per contractum
 nuptiarum iucestuarum nedum a fil-
 co, cuius inter est, sed a quolibet alio
 potest oponi, g. 8. n. 20.
 Exceptio, vt sic bona, & substantialis
 debet fieri de regula, & de exemplis
 latè sub g. 8. n. 101.
Excludi nullus potest ab aliquo actu, vel
 aliqua re, absque eo quod prius res il-
 la sibi differatur præmaxime in here-
 ditate, & de ratione dicti, g. 8. n. 69.
Exclusio propriæ filiæ inducit vocationem
 inter agnatos, g. 5. n. 228.
 Exclusio fæminarum, adiecta conditio-
 ne, si sine liberis masculis nõ facit, vt
 censeatur vocati filij in cõditione posi-
 ti, g. 5. n. 23.
 Exclusio matris a successione filio-
 rum intestatorum stantibus agnatis
 nedum

nedum operatur effectum solum ex-
 clusiuum, sed inducit vocationem ag-
 natorum, g. 5. n. 24.
Exclusus semel a successione, quando in
 perpetuum remaneat exclusus in suc-
 cessionibus legalibus, g. 4. n. 314.
Excommunicatus non est citandus ad de-
 clarandum in excommunicationem
 incidisse quando nec competit, nec
 competere potest exceptio aliqua, g.
 8. n. 23.
Exemplaris substitutio filio furioso facta,
 vtrum illius matrem priuet a legiti-
 ma quemadmodum pupillaris, g. 1. n.
 413. & n. 414.
 Exemplaris substitutio, vt rite, ac re-
 cte dicatur facta pro forma illius ne-
 cesse est, quod filius furiosus cui fit
 substitutio ad minus instituat in le-
 gitima, g. 1. n. 422.
 Exemplaris substitutio a matre recte
 ordinatur licet sit ad exemplum pu-
 pillaris, & hæc a matre non valeat or-
 dinari, vbi late de diuersitatis ratio-
 ne, g. 1. n. 429. & 431. & n. 412. & nu.
 441.
 Exemplaris substitutio fit filio furio-
 so a matre etiam si ad secundas nup-
 tias migrasset per quarum cõuolatio-
 nem non amittit iura in fauorem fi-
 lij inducta, g. 1. n. 432.
 Exemplaris substitutio fieri potest
 tam in personis filiorum testatoris v-
 trique coniunctorum, quam ex vno
 tantum latere iuxta terminos, l. huma-
 nitatis, C. de impuber, g. 1. num. 339.
 quod procedit, & in matre, n. 347.
 Exemplaris substitutio in quibus con-
 ueniat cum pupillari, & in quibus dif-
 cordet cum ea, g. 1. nu. 394. & 395.
 sed melius, num. 400. 401. & numer.
 402.
 Exemplaris substitutio non fit, nisi in
 testamento paterno, & consequenter
 nisi præcedant habilia ad validitatẽ
 testamenti paterni talis substitutio
 inutiliter dabitur, g. 1. n. 403.
 Exemplaris substitutio quærellato
 patris testamento an fiat nulla, g. 1. n.
 406.

Exemplaris substitutio, vtrum filio
 naturali per patrem naturalem fieri
 valeat ex quo in bonis patris natura-
 lis nulla debetur legitima, g. 1. n. 409
 & n. 410.
 Exemplaris substitutio facta filio de
 Ecclesia, vel pio loco non sustinetur,
 & quare, g. 5. n. 274.
Exemplaris substitutus non potest onere
 fideicommissi prægrauare etiã si sint
 plures, qui legitime possint ad substi-
 tutionem inuitari, g. 1. n. 359.
Exheredatio filij ad vtilitatem illius facta
 non vitiat testamentum, g. 4. numer.
 337.
 Exheredatio sola mala mente facta
 reddit nullum testamentum, secus si
 non constat mala mente fuisse factã,
 g. 8. n. 157.
Exheredatus legitime quis dicatur, & quo
 modo in furioso hoc possit verifica-
 ri, & intelligi, g. 1. n. 404.
Exigens vectigalia dictus in iure Anga-
 rius, seu parengarius a clericis, licet
 sit ipso iure excommunicatus est ta-
 men ante declarationem audiendus,
 sub g. 8. n. 15.
Exorbitantia quando extentionem admi-
 tant declaratur, sub g. 1. n. 196. & 312
 & quomodo dicatur exorbitare, g. 6.
 num. 41.
Expressio eorum quæ tacite insunt nihil o-
 perantur, gl. 1. numer. 96. & glof. 6.
 nu. 1.
Expressum dicitur omne illud, quod ex na-
 tura verbi aliquid inducitur, per
 quod facilè ad expressum perducì
 possit, g. 4. n. 52.
 Expressum dicitur, quod virtualiter
 ex legis dispositione colligitur etiam
 si intellectui nulla vis iniungatur, g.
 4. n. 61.
 Expressum, quando per equispollens
 possit adimpleri, seu alias per verba
 generalia, g. 4. n. 65.
Extensio non fit, nec admititur de marito
 ad socerum, etiam si sit eadem ratio,
 g. 6. n. 50.
 Extensio fideicommissi conuentio-
 nalis non fit ultra personas nomi-
 natas

I N D E X.

natas licet secus sit in fideicommissio
testamentario, g. 1. n. 259.
Extentio in correctorijs, & exorbita
tibus nunquam admittitur, g. 1. num.
312.
Extentio, quæ fit in correctorijs ex
lata verborum significatione ad ca-
sus quos ratio legis correctoriæ com-
prehendit dicitur intellectiva, & vir-
tualis, g. 2. n. 33. & n. 34.
Extentio etiam in exorbitantibus ex
identitate rationis nunquam admit-
tenda declaratur, sub g. 6. n. 49.
Extentio in correctorijs, neque ex
identitate, neque ex maiestate ra-
tionis non admitenda, g. 6. n. 53.
Extentio in correctorijs, tunc demum
admitenda, quando ob non admittam
extentionem dispositio inutilis in ef-
cax, seu innanis redditur, g. 7. n. 114.
Euelli non possunt eaque ex animo depen-
dent, g. 1. n. 136.

DE LITERA F.

Facta pro infectis haberi non possunt, nec
ad ea nulla datur potentia, & quali-
ter hoc in Deo Opt. Max. intelliga-
tur, g. 6. n. 121.
Facultas testandi hominibus a lege con-
cessa, & tributa certis finibus circun-
scribitur, & terminatur quos excedere
non admittitur, g. 8. n. 107.
Falcidia, an possit prohiberi in filijs primi
gradus in hoc principatu in quo ex
novo illius iure inducto anno 1599.
Trebellianica potest prohiberi, g. 4.
n. 32. & iterum, glos. 6. n. 12.
Falcidia detrahitur, sicut & Trebel-
lianica detrahi solet contra volunta-
tem testatoris, g. 6. n. 13.
Falcidia non detrahitur ex pijs lega-
tis, etiam si grauatus reperiat filius
testatoris, g. 5. n. 126.
Falcidia ob quam rationem reperia-
tur inducta, sub g. 7. n. 118.
Falcidia, sicut in extraneo considera-
tur, & iudicatur ita in filio taliter,
quoad illius detractionem nulla sit

inter filios, & extraneos differentia,
g. 4. n. 38.
Falcidia eisdem regulis quibus po-
test prohiberi Trebellianica prohibe-
tur, & falcidia, g. 6. n. 14.
Familia vocata non diuiduntur, quæ repe-
riuntur in vno gradu, g. 1. n. 337.
Familia vocata in casu contrauentio-
nis ad alienationem, quando res, seu
bona prohibentur alienari, verum ce-
seatur vocata familia testatoris, an ve-
ro hæredis, g. 4. n. 142.
Familie appellatione, parentes, liberi, li-
berti, propinqui, patroni, nurus, & ge-
ner continentur, g. 1. n. 336. & n. 344
Familie appellatione continentur
omnes descendentes per agnationem
& cognationem, vsque in infinitum,
g. 4. n. 99.
Favor filiorum consideratur ad inducen-
dum fideicommissum. licet in se sit
onerosum, & odiosum ipsis filijs, & hæ-
redibus, g. 4. n. 305.
Femine leuioris sunt iudicij masculis ip-
sis, quod verum demonstratur autho-
ritatibus iuris diuinæ, canonici, & ci-
uilibus, g. 1. n. 3.
Femine quare citius perficiantur,
quam masculi cum sint breuioris vite
glos. 1. n. 5.
Femine non conseruant agnationem
sed illam pænitus destruunt, & finiunt
g. 1. n. 418.
Femine dicuntur, & caput, & finis fa-
milie cum nulã familiã faciãt, g. 4. n. 130
Femine possunt fieri incapaces per
statutariam dispositionem, ad succe-
dendum ex testamento, & ab intesta-
to, g. 5. n. 284.
Feudum, vel emphyteusis parentum, seu
peremptus, seu finitum, quod restitu-
tioni subiacebat cuius periculo dicat
peremptum, an fideicommissarij, an
vero hæredis grauati, glos. 2. numer.
136.
Feudum concessum pro se, & filijs
suis non potest pater in feudatus vni
ex filijs relinquere, sed omnes prætu-
muntur, & dicuntur inuestiti sub gl.
5. n. 96. & 96.

Feu-

I N D E X.

Feudum in hoc principatu dicitur in-
diuisibile, g. 5. n. 97.
Fideicommissa, an induci, & ordinari valeant
in contractibus, seu in conuentioni-
bus, & quomodo hoc contingat fieri,
g. 1. n. 203.
Fideicommissa conditionalia, ex cõ-
tractu prouenientia, quare transmit-
tantur cum illorum iura sint strictio-
ra, & e contra fideicommissa testamẽ-
taria cum habeant iura fauorabilia
si sunt conditionalia nullatenus trãf-
mitatur, g. 1. n. 224. & melius n. 291.
Fideicommissa conditionalia in con-
tractibus ordinata adueniente condi-
tione ipso iure, absquẽ aliquo homi-
nis ministerio debentur, atvero testa-
mentaria, vt debeantur factum gra-
uati desideratur, hoc est, vt restitutio
fiat, g. 1. n. 260. & n. 261.
Fideicommissa in contractibus ordi-
nata in multis differunt ab ordinatis
in vltima voluntate, g. 1. n. 275.
Fideicommissa nutu relinqui pos-
sunt, sicut & legata ipsa dummodo
voluntate testatoris præsumatur, gl.
1. n. 277.
Fideicommissa conuentionalia nulla
tenus a pari procedere cum fideicom-
missis testamentarijs possunt, neque
licet de vtrisque a pari iudicare, g. 1.
n. 300.
Fideicommissa, quando possint a sub-
stituto pupillari relinqui datis, etiam
terminis constitutionis finalis hoc ti-
tulo, g. 1. n. 354.
Fideicommissa a natura sunt onero-
sa, & secum grauamina inducunt, gl.
1. n. 363. & g. 4. n. 299. & pro odiosis,
& onerosis reputantur, g. 5. n. 13.
Fideicommissa qua ratione, & in con-
tractibus ordinari valent, sicut & in
vltimis dispositionibus, g. 5. n. 4.
Fideicommissa conditionalia ab ascẽ-
dentibus ordinata in fauorem descẽ-
dentium dicuntur in transmissibilia,
g. 5. n. 111. & n. 112. & 113.
Fideicommissa demonstrari profunt,
per verba directa, & qualiter hoc cõ-
tingat enucleatur sub g. 7. n. 13.

Fideicommissarius ex testamento spem ha-
bet, sicut fideicommissarius ex con-
tractu ad se fideicommissum iri, g. 1.
n. 225.
Fideicommissarius testamẽtarius maio-
rẽ spẽ habet fideicommissũ in eius fau-
rẽ inductũ ad se iri, quam fideicom-
missarius ex contractu, & de ratione
sub g. 1. n. 226.
Fideicommissarius propria autori-
tate rem fideicommissariam ocupans
per vim, seu alias priuatur fideicom-
missio si res illa per grauatum posside-
tur si vero, vt iacens ocupatur, tunc
per interdictum quorum legatorum
vindicitur, g. 1. n. 262.
Fideicommissarius ex testamento
exigit cautionẽ ab hærede grauato,
vt saluam præstet causam fideicom-
missi si fideicommissarius vero cõuentionalis
non cogitur cauere, g. 1. n. 283.
Fideicommissarius vocatus in casu
contrauentionis alienationis rei pro-
hibite alienari contentiens aliena-
tioni illius rei prohibite præiudicat
sibi, per talem consensum in re, &
præcio fideicommissarius, vero ex fi-
deicommissio regulari, & restitutorio
contentiens alienationi rei subiecte
tali fideicommissio, solum sibi præiudi-
cat, quoad recuperationem rei, non-
vero quoad prætij recuperationem,
pro qua aduersus hæredem grauatum,
& sua bona agere prohibetur sub g.
4. n. 154.
Fideicommissum, vt inducatur non tantum
de verborum aptitudine curandum
est quantum de testatoris inducentis
voluntate, g. 1. n. 160.
Fideicommissum, vtrum possit a pa-
tre iniungi in bonis ab eodem patre
filio impuberi relictis, g. 1. n. 183.
Fideicommissum, ex quibus verbis in-
ducatur, & que sint verba apta ad illo-
rum inductionem, sub g. 1. n. 184.
Fideicommissum desumptum, & inductum
ex casu, & in casu legis Scæuola 81. ad
senat. conf. Trebel. an sit, & dici pos-
sit ordinarium, an vero pupillare cog-
nominetur, g. 1. n. 188.

Ee 4 Fidei-

Fideicommissum, pro alio, ille solum potest ordinare, qui & pro illo testari possit, g. 1. n. 190.
 Fideicommissum in iunctum a patre successoribus legitimis filijs impuberis imitatur naturam pupillaris substitutionis, g. 1. n. 191.
 Fideicommissum in iunctum pupillo trahitur tantum ad bona testatoris, & patris inducentis fideicommissum si vero in iunctum sit successoribus pupilli trahitur nedum ad bona testatoris, sed & pupilli, seu filij impuberis, g. 1. n. 192.
 Fideicommissum conditionale, seu in diem non transmittitur ante euentum conditionis, vel diei si descendit ex testamento, g. 1. n. 206.
 Fideicommissum conditionale proueniens, & descendens ex contractu spes illius transmittitur ad hæredes si deicommissarij, g. 1. n. 207.
 Fideicommissum conditionale, quare non transmittatur plures rationes cumulantur remissiuè sub g. 1. n. 227.
 Fideicommissum conuentionale, seu ex contractu resultans, non extenditur de persona ad personam, sicut extendi solet fideicommissum testamentarium, g. 1. n. 259.
 Fideicommissum testamentarium impedit alienationem irrevocabilem non vero conuentionale, g. 1. n. 267.
 Fideicommissum ex testamento inductum per prohibitionem expressam de non alienando impedit dominij translationem, g. 1. n. 269.
 Fideicommissum siue sit conuentionale, siue testamentarium potest vnâ vel plures conditiones, secum admittere, g. 1. n. 302.
 Fideicommissum in iunctum cognato impuberis ad pupillarem substitutionem vocato, an sit valide in iunctum a tenta constitutione finali hoc titulo nostro, g. 1. num. 353.
 Fideicommissum inductum favore familiae, seu agnationis, per prohibitionem expressam de non alienando non trahitur ultra quartum gradum, g. 4. n. 97.

q. ex parte, n. 98. & limita. n. 100.
 Fideicommissum conditi male secundum aliquos transmittitur ad hæredes quando est vna, & eadem persona instituta, & substituta, quod dicitur prima coniectura ad transmittendum, g. 5. n. 134.
 Fideicommissum, vt transmittatur debet secum habere, tres vel quatuor coniecturas, prima, quod sit vna & eadem persona instituta, & substituta, 2. quod testator sit progressus ad plures substitutionis gradus, g. 5. n. 140. & 141. 3. quod sit exclusa persona aliqua, qua alias posset comprehendere sub conditione si sine liberis eamque cessare faceret, ibid. n. 142. 4. quod conditio, si sine liberis, sit sepius repetita, n. 143. 5. si vltimo loco substitutus fuisset minus dilectus ipsi transfusario, n. 144.
 Fideicommissum inductum in fauorem familiae, stipitis, seu agnationis per prohibitionem de non alienando, an porrigatur ad decimum gradum, g. 4. n. 101.
 Fideicommissum dicitur duplex quâdo filius institutus grauatur sub conditione, si sine liberis, adiuncta prohibitionem de non alienando quorum vnum consistit in casu alienationis alterum in casu mortis sine liberis, g. 4. n. 104.
 Fideicommissum quodnam inducatur per prohibitionem de non alienando, an restitutorium, an solum in casu contrauentionis, g. 4. n. 105.
 Fideicommissum agnationi relictum, an debeat filijs masculis ex filiabus, quando in substitutione testamentaria, super qua fundatur, & ordinatur fideicommissum filia feminae vna cum filijs masculis reperiuntur vocate, g. 4. n. 141.
 Fideicommissum cecetur inductum per prohibitionem de non alienando extra familiam adiecta causa, vt in familia bona prohibita alienari remaneant per q. fideicommissum dicitur testatori succedere, & non hæredi, g. 4. n. 143.

Fidei-

